Quarto, quæri potest, quis definitionum, et quis axiomatum sit usus. Definitionum usus manifestus hic est, ut is cui demonstratur, demonstrantem intelligat quam vocis definitæ significationem certam et eandem ubique esse velit. Significatio enim quæ mutatur fallit. Facit ergo definitio ad intellectum: quia sine intellectu neque demonstratio illa est, neque in eo qui dixit ulla fit scientia, sed necessario inde introductæ sunt distinctiones intempestivæ et obscuræ, adeo ut eorum quæ dicuntur nihil existat in imaginatione. Sunt quidem veritates quæ sciri ab homine omnino non possunt: demonstratum autem quod ab homine intelligi non potest, nihil est.

Axiomatum usus est, in eo quod demonstratio-

CAP. XI.

De demonstratione.

num seriem nimis longam breviorem reddat: nimirum, demonstrationes non necessarias tollendo. Nam veritas axiomatum citius et clarius apparere debent*, quam media ipsa quibus sunt demonstranda.

In omni demonstratione causa conclusionis in præcedentibus inesse debet, quorum virtute infertur: id est, in ante demonstratis, vel lumine naturali cognitis. Ergo ubi verba cohærent, erit demonstratio. Etsi enim rei subjectæ causa ignoretur, conclusio tamen veritatem principiorum unde derivatur tenebit. Hujusmodi autem demonstrationes faciles sunt, quanquam scientiam parum promoveant.

Potissima omnium demonstratio ea est, quæ deducitur a rei subjectæ generatione juxta naturæ ordinem. Itaque et definitiones ad scientiam utilissimæ sunt illæ, in quibus explicata est rei subjectæ generatio: id est, quo motu, quo motuum concursu, quibus motuum et temporum rationibus spatia quæque et magnitudines determinantur.

Proxima huic demonstrationi illa est, quæ* de- [redacted]

CAP. XII.

De fallaciis.

CAP. XII. De fallaciis.

HOMINEM verborum, id est sermonis sui intelligentem, eundemque a principiis veris, definitionibus dico naturalibus, probationem suam ordientem, lenteque progredientem in materia mathematica, ut diu aut sæpe decipiatur, atque ita ut monitus in errore suo perseveret, impossibile fere est.

Nullus in intellectu, proprie loquendo, error esse potest. Nam intellectu errare idem est quod non intelligere. Lingua, pedibus, manibusque recte uti, non a magistro demonstratur, sed exercendo discimus. Et quanquam verba nostra fere omnia pro varietate rerum de quibus scribimus aut loquimur, significationem mutent, illis tamen domi, in agro, in foro utimur sine damno: quia ad societatem civilem unusquisque, si alterum recte intelligat, satis habet.

Aliter fit in philosophia, ubi nihil quæritur præter veritatem: præcipue vero, si inventionem sequatur gloria. Aliud est ambulare, aliud in sublimi super extensum funem ambulare. Alterum enim facile est, et sine damno etiamsi titubetur: itaque negligentiæ veniæ locus est. Funambulo non item. Veritas super filum ambulat tenuissimum sine illa fori latitudine metaphorica: præsertim mathematica, quæ nisi definitionum et axiomatum ponderibus quacunque moveatur librata sit, cum spectantium risu præcipitatur.

Fallaciarum ergo in mathematicis principalis causa et frequentissima est, quod ratiocinationis initium sumant a definitionibus non intellectis, aut

CAP. XII.

De fallaciis.

judicari possit, exponam ego. Quoniam spatium transiri motu ne minimum quidem potest, quin ejusdem spatii prius dimidium transeundum sit: et spatii quantulicunque suum rursus est dimidium, et sic perpetuo: concludit Zeno, assumpto spatium nullum transiri posse in instante, infinito tempore opus esse ut spatium quantulumcunque permeari posset. Manifestum autem est, si spatium permeari non potest sine motu æterno, omnino permeari non posse.

Argumentum hoc, acceptum a Zenone magistro, exemplificaverunt Stoici in Achille pedibus veloci et tardigrada testudine: dicebantque, committentes in stadio Achillem et testudinem, hanc quantulacunque distantia antecedentem Achillem nunquam assequuturum esse. Quare autem? Quia dum dimidiam distantiam illam percurrebat Achilles, promovebatur etiam testudo aliquantulum: et rursus percurrente reliquæ distantiæ dimidium, promovebatur iterum etiam testudo. Puderet has nugas recitare, nisi vidissem quos minime oportuit hujusmodi fallaciis puerilibus decipi posse. Quid

[redacted]

prædituss testudinem cursu non potuisse assequi: sed hoc tantum, potuisse (si libuisset) etiam non assequi. Exemplum ergo paralogismi Zenonii non probat demonstrationem esse posse de re quæ non sit intelligibilis.

CAP. XII.

De fallaciis.

Pergit: *Scientiarum humanarum omnium facillimæ, evidentissimæ, comprehensibilissimæ, sunt puræ et simplicissimæ mathematicæ. In geometria tamen et arithmetica quot sunt propositiones firmiter demonstratæ, quæ sunt tamen inexplicabiles, incogitabiles, incomprehensibiles? Exempla adducam pauca, etc.* Nonne sunt absurda hæc? An demonstrare dicetur veritatem, nisi illam faciat ut appareat et intelligatur? Qui sciam verum an falsum sit, quod animo imaginari non possum? Sed legamus exempla quæ subjuncturum se esse dicit:

I. *Quod minimum spatium conceptibile æquale esse potest spatio altero super eandem basem et ejusdem altitudinis, cujus latera protracta fuerint in infinitum.*

Parallelogramma quidem et triangula ejusdem altitudinis super eandem basem omnia inter se æqualia esse, nemini non intelligibile est. Quod addit, *cujus latera protrahuntur in infinitum*, absurdum est. Sicut enim scamnum non dicitur antequam perficiatur: ita neque spatium antequam finiatur. Quod autem infinitum est, non finitur neque finiri potest. Nam plane impossibile et absurdum est, nec ex Torricellio sequitur, finitum infinito æquale esse.

II. *Finitum infinito majus esse potest.* Quis dixit? Ubi legerit? Tacet: nam absurdum est.

III. *Quod omnes anguli contactus circulares,*

CAP. XII. De fallaciis. *sunt æquales.* Quid est angulus contactus circularis? Oratio ipsa inexplicabilis est.

IV. *Appropinquatio æterna duarum linearum, concursus tamen impossibilis, nempe asymptotωn.* Hujus causa explicata supra est in paralogismo Zenonis.

V. *Affectus surdarum et irrationalium quantitatum etc. Hæc omnia ita demonstrata sunt, ut negari non possunt: et multa alia, quæ tamen inexplicabilia, incomprehensibilia, incogitabilia sunt.* Quænam autem sunt illæ surdæ et irrationales quantitates? Quasdam esse quantitates continuas quæ rationem numeri ad numerum non habent, nemo nescit mathematicus, et vocari incommensurabiles. Sed earum etiam quæ commensurabiles inter se sunt, multæ sunt irrationales: quia commensurabiles inter se quanquam sint, quantitati tamen alicui arbitrarie sumptæ commensurabiles non sunt, dicuntur esse rationales*.

VI. *Intelligine possunt, et plane comprehendi, exprimi, et explicari in numeris affectiones unitatis et ternarii: ut esset in natura quantitas una, nec alia, quæ cum suis potestatibus infinitis ascendenti-*

[redacted]

facit aliquem, et unum in se quotiescunque multiplicatum, nihil amplius faciat quam unum: manifestum est productos omnes et eorum radices easdem esse unitates. Arcanum ergo hoc, quanquam unitati proprium sit, intellectu tamen difficile non est: quia per unum *multiplicari* nihil potest.

Postremo, *an explicari, cogitari, comprehendi,* inquit, *potest ex radicibus infinitis potentialibus numeri* 3 *vel una aliqua?* Non potest, scio. Et cur non potest, neque aliorum numerorum multorum scio, et explicare possum, et breviter. Quia radicem nullam habent.

CAP. XIII.

De infinito.

AD vocem *infinitum* subauditur res aliqua, ut opus, tempus, spatium etc. Si subaudiatur opus, tunc significat opus inchoatum quidem, sed nondum ad eum finem perductum, quem animo suo destinarat artifex. Itaque hoc sensu, infinitum idem est quod imperfectum nec finitum, sed quod finiri potest. Quale est incepta quidem, sed non exædificata domus. Si quis igitur diceret de opifice, fuisse illi in animo opus perficere infinitum, absurde loqueretur: tanquam si diceret in animo fuisse quod in animo non erat. Cuique enim tantum in animo est facere, quantum perficere. Itaque de opere non suo, utrum finitum et perfectum an infinitum et imperfectum sit, recte judicare, inconsulto opifice nemo potest.

CAP. XIII.

De infinito.

Infinitum, si subaudiatur spatium, significat spatium majus quam quod numero quantocunque mensurarum, ut pedum, passuum, milliarium, vel etiam diametrorum terræ, aut orbis stellarum fixarum æquari potest: id est, quod terminis includi non potest. Similiter, *infinitum* tempus est, quod neque dierum neque horarum numerus ullus æquat.

Ergo de *infinito* secundum sensum hunc dici non potest aliud alio majus esse. Ducatur enim recta AB finita, et supponatur producta ultra B per E in infinitum. Ergo tum recta BE, tum ABE longitudine sunt infinitæ. Est autem ABE major quam BE, tanto quanta est longitudo AB. Esto. Secetur AB bifariam in C: et ponatur AD æqualis AC, et supponatur producta in directum per F in infinitum. Erit ergo ADF* major quam DF, tanto quanta est longitudo finita CD, id est quanta est AB. Quare CBE et CAD† non sunt inæquales: est ergo punctum aliquod, est in linea DB infinita, medium‡. Itaque centrum sphæræ infinitæ erit punctum C: idque, quia puncta A et B sumpta sunt ad libitum, in omni puncto infinitæ sphæræ erit sphæræ centrum. Itaque semi-

F D A C B E

[redacted]

finitum, in eo consistit, quod neque corpus subjectum est in cogitante, neque spatium, corporis imago, in re cogitata, sed tantummodo in memoria. Memoria autem et sensu infinitum esse non potest. CAP. XIII. De infinito.


Infinitum autem a mathematicis sæpissime dicitur pro *indefinito*. Indefinitum autem est idem quod *quantumvis magnum*. Et aliquando pro *indefinite parvo*, modo non sit nihil. Dividi enim in infinitum, id est in nihila, quantitas nulla potest. Dicitur etiam infinitum aliquando pro *quantum est possibile*. *Infinitum* autem proprie dictum nihil est, nisi superet mensurarum datarum numerum omnem assignabilem. Sed demonstratum esse, aiunt, a Torricellio, solidum quoddam acutum hyperbolicum, etiam hoc sensu *infiniti*, æquale esse cylindro cuidam, cujus quidem basis habeat diametrum æqualem dimidiæ basi hyperbolæ, altitudinem vero æqualem ejusdem hyperbolæ axi transverso. Demonstrationem hujus problematis sæpius et attente legeram: neque quicquam inveni paralogismi. Inveni tamen distantiam quam Torricellius supponit *infinitam*, intelligi de distantia *indefinita*: nec potuisse ab ipso aliter intelligi, qui principio utitur Cavalleriano de *indivisibilibus* in valde multis demonstrationibus: quæ *indivisibilia* Cavallerii talia sunt, ut eorum aggregatum æquale possit esse cuicunque datæ magnitudini æquale. Itaque propositio tam absurda quam hæc est, *infinitum finito esse æquale*, Torricellio ascribi non debet. Solidum enim tam exile nullum esse potest, quod infinite non excedat omne solidum finitum: ut manifestum est lumine naturali. Absurditas illa arithmeticorum est disputantium de

CAP. XIII.
De infinito.

infinito, et superficiem et solida mensurantium per lineas sine latitudine: qui inter arithmeticam et geometriam nullam animadvertentes differentiam, radicem numeri, quæ numeri sui quadrati pars est, pro eadem re habuere cum figuræ quadratæ latere, quanquam latus sui quadrati partem non esse confiteantur.

De mathematica dixi. Quid algebristæ in contrarium dicturi sunt, expecto.






TRACTATUS OPTICUS.

This treatise was published in 1644 by Mersenne in his *Cogitata Physico-Mathematica*, wherein it forms *Lib.* vii of his *Optics*. It is preceded by the following MONITUM :

"Dum illum amici singularis tractatum expectabis, accipe duos alios tractatus eruditissimos clarissimorum Anglorum, primum nempe Gualteri Vverneri ; secundum viri nobilis subtilissimique philosophi D. Hobs, qui ex propriis hypothesibus refractiones prosequitur. Erit igitur ille primus tractatus liber sextus, secundus vero septimus liber Opticæ : qui duo libri plurimum juvabunt, atque perficient quæ libro tertio præcedenti continentur."



TRACTATUS OPTICUS.

HYPOTHESES.

I. Omnis actio est motus localis in agente, sicut et omnis passio est motus localis in patiente. *Agentis* nomine intelligo *corpus*, cujus motu producitur effectus in alio corpore; *patientis*, in quo motus aliquis ab alio corpore generatur. Exempli gratia: dum clavus, ut aiunt, clavum pellit, motus pellentis est actio ejus, motus pulsi est pulsi passio. Item dum carbo ignitus calefacit hominem, etsi neque carbo neque homo suo loco exeat, neque ideo moveatur, est tamen aliquid materiæ sive corporis subtilis in carbone, quod movetur, et motum ciet in medio usque ad hominem; et est in homine stante immoto, motus aliquis in partibus internis inde generatus. Motus autem hic in partibus hominis internis est calor; et sic moveri, calefieri, hoc est pati; et motus ille qui est in partibus carbonis igniti, est actio ejus, sive calefactio; et sic moveri, calefacere. HYPOTHESES.

II. Visio est passio producta in vidente per actionem objecti lucidi vel illuminati.

III. In visione, neque objectum, neque pars ejus quæcunque transit a loco suo ad oculum. Ut motus possit motum generare ad quamlibet distantiam, non est necessarium ut corpus illud a quo motus generatur, transeat per totum illud spatium per

quod motus propagatur; sufficit enim ut parum, imo insensibiliter motum, protrudat id quod proxime adstat; nam id quod adstat, pulsum suo loco, pellit quoque quod est proximum sibi, atque eo modo motus propagabitur quantum libueris.

IV. Lucidum omne undiquaque a quotlibet simul aspicientibus videri potest.

V. Medium rarius voco quod minus contumax est adversus motum recipiendum: densius quod magis. Aerem autem rariorem suppono quam aquam, quam vitrum, quam cristallum.

PROPOSITIO I.

Omne lucidum dilatat se, tumescitque in molem majorem, iterumque contrahit se, perpetuam habens systolem et diastolem.

Quoniam enim (per hypothesin quartam) lucidum omne simul undiquaque videtur, visio autem (per hypothesim secundam) fiat ab actione lucidi, et est (per hypothesim primam) omnis actio motus localis in agente: sequitur, esse in lucido motum versus omnes partes simul. Quia vero lucida dum

[redacted]

PROPOSITIO II.


Motus a lucido ad oculum propagatur per continuam rejectionem partis medii contiguæ.

Supposuimus (hypothesi tertia) neque objectum, neque partem aliquam ejus quamcunque in visione transire ad oculum; neque ullus alius modus quo motus ad distantiam propagetur excogitari potest, præter illum quem proposuimus. Sequitur ergo illum esse. PROP. II.

PROPOSITIO III.

Considerare quomodo fiat lumen, et quid sit.

Sit propositum lucidum, corpus solare; cujus centrum A, semidiameter AB: cui circumscribatur orbis concentricus cujus crassities BC. Orbem voco, solidum contentum inter duas sphæricas superficies concentricas. Rursus orbi BC circumponatur orbis alius concentricus CD, et huic alter DE: et eodem modo quotcunque alii, quilibet cuilibet æqualis. Quoniam ergo exteriores circumferentiæ semper majores sunt interioribus, erunt reciproce crassities interiorum orbium majores quam exteriorum: quare major est BC quam CD, et CD quam DE. Quoniam jam per *primam*, sol dilatat se et tumescit in molem majorem, supponamus solem in diastole, sive tumescentia, æquare totam sphæram cujus semidiameter est AC. Necesse ergo est ut medii pars quæ erat in orbe BC, exeat in locum sibi æqualem proximum, nempe in orbem CD: idque eodem tempore. Nam quo instante



PROP. IV. incipit motus a B versus C, necesse est ut incipiat motus a C versus D, et a D versus E, et ab E prorsum. Quare si statuatur oculus in qualibet distantia a sole, puta in E: quo instante incipit sol dilitare se in B, eodem ferietur oculus in E. Unde propagabitur motus ad retinam, et inde per conatum retinæ nervum opticum* usque ad cerebrum: et hoc fit eodem instante, quo motus incipit in B. Præterea est in cerebro, ut in cæteris omnibus quæ patiuntur, reactio sua, unde motus a cerebro propagatur retro per nervum opticum in retinam, inde per easdem lineas versus solem quibus ante a sole versus retinam. Atque omnis hic processus erit factus, ut jam demonstravimus fieri a sole ad oculum, in instante. Manifestum ergo est in omni visione propagari motum a lucido ad oculum et ad cerebrum, et inde retro ad partes extra oculos, in instante. Manifestum item est, motum qui sic a lucido propagatur, debiliorem esse longe quam prope. Cum enim BC sit major quam CD, et CD quam DE, sit tamen tempus propagationis a B ad C idem quod a C ad D, vel a D ad E: velocior est motus propa-

[redacted]

sed foris ante oculos. Motum ergo a lucido non vocamus lumen, antequam retro a cerebro per reactionem propagetur per nervum opticum et oculos ad medium inter oculum et lucidum. Lumen ergo est apparitio ante oculos motus illius qui propagatur a lucidi *diastole* sive tumescentia ad cerebrum, et inde retro per oculos ad medium. Est ergo lumen lucidi phantasma, sive imago concepta in cerebro. Confirmatur autem etiam experientia, eo quod in omni concussione cerebri quo fit motus aliquis per nervum opticum extrorsum, ut quando oculus percutitur, apparet lumen quoddam ante oculos. Ex his quæ dicta sunt faciemus breve *corollarium.*

Corollarium.

Lumen est phantasma a lucido. Idem sentiendum de coloribus, qui sunt lumen *perturbatum.*

Lumen propagatur ad quamlibet distantiam in instante.

Lumen quo longius, eo debilius propagatur.


Monitum.

Difficultas maxima in lumine concipiendo tam veterum, quam neotericorum philosophorum ingenia torsit, quibus spero satisfactum iri, si considerent vix ac ne vix quidem a nobis clare, distincteque concipi quidpiam nisi motus, aut figurarum ope. Quas si quis diligenter perpendat, et motum compositiones intelligat, nil in tota philosophia facilius, nil ad demonstrationem accommodatius, et hominum ingenio congruentius esse fatebitur.

Definitio radii.

Radium appello, viam per quam motus a lucido per medium propagatur. Exempli gratia : sit luci-

PROP. III. dum AB, a quo moto ad CD pars medii quæ interjacet inter AB et CD, protrudatur ad EF: et a parte medii quæ erat inter CD et EF, promota ulterius ad GH, propellatur pars illa quæ erat inter EF et GH, ulterius ad IK, et sic deinceps, sive directe sive non, puta versus LM. Spatium jam quod continetur inter lineas AIOL, et BKM, est id quod voco radium, sive viam per quam motus a lucido per medium propagatur.



PROPOSITIO IV.

Radius est spatium solidum.

Quoniam enim radius est via per quam motus projicitur a lucido, neque potest esse motus nisi corporis: sequitur radium locum esse corporis, et proinde habere tres dimensiones. Est ergo radius spatium solidum.


Definitio radii directi et refracti.

Radius *directus* est, qui sectus plano per axim, [redacted]

quæ a linea lucis continua protrusione derivantur, quales sunt CD, EF etc., unamquamque appello lineam lucis *eousque propagatam*. PROP. IV.

CAUSA PHYSICA RADIORUM DIRECTORUM.

Quandoquidem radius habet tres dimensiones, demus ipsi perspicuitatis gratia latitudinem aliquam notabilem AB: perspicuitatis inquam gratia, quia radius a minimo lucido derivatus est insensibilis, et tamen radius.



Jam si AB protrudat ante se medii partem sibi proximam versus CD omni suo puncto æque velociter, necesse est ut describatur parallelogrammum, sive radius directus, AD: tanquam si AB esset latus cylindri volutati ab AB versus CD. Quamdiu autem medium uniforme est, hoc est, æque ubique permeabile, nulla ratio excogitari potest quare AB non propagaret motum omni sua parte æque velocem: ideoque ratio patet, quare in eodem medio radius semper est directus. Quod si AB non moveretur omni sua parte æque velociter, sed inæqualiter, puta pro ratione rectæ AE ad rectam BF, non propagabitur motus per viam sive spatium parallelogrammum ABCD, neque erit EF linea lucis propagata: sic enim AB, quam supponimus esse in materia tenuissima, distraheretur in quantitatem sese majorem. Ut sciamus autem per quam viam propagabitur motus hic ab AB inæqualis, putemus ipsam AB esse, non ut ante latus cylindri, sed latus frusti coni, habentis diametrum majoris basis AE, minoris vero BF. Jam si frustum hoc coni provolvatur, circuli basium ejus tan-

PROP. IV. quam duæ rotæ inæquales describent duos circulos AH, BR, quorum centrum commune erit vertex coni, puta punctum G. Reliquæ autem partes intermediæ describent singulæ singulos circulos, quales sunt IK, LM, NO, PQ, extremis AH, BR concentricos. Via ergo qua motus inæqualis propagatur ab AB, non est directa, ut AD, sed qualis continetur lineis rectis AB, HR, et circularibus AH, BR, nempe portio sectoris.

His positis, putemus rectam ED disterminare duo media, quorum utrumvis, puta superius, sit

[redacted]

AB. Si igitur ad GH in punctis G et H ducantur perpendiculares GI, HK, erit progressus directus: et totus radius erit spatium conclusum intra figuram ACGIKHDB. Patet ergo ratio physica quare radius refringitur, consistens in eo quod medium est biforme. PROP. IV.

Notandum est quoque rectas LF, MH, perpendiculares ad ED, esse inter se æquales: quod demonstrare non est difficile, sed verbosum: ex quo sequitur, datis LF (quæ est quantitas demersionis termini D in medio denso) et AB (quæ sumitur arbitrio nostro pro linea lucis), statim dari GH pro linea lucis propagata in medium densum. Ducta enim recta FH parallela ad ED, et applicata longitudine AB, ita ut alter terminus sit in recta ED, alter in FH, fiet GH linea lucis propagata eousque: a qua ductæ perpendiculares GI, HK, designant radii partem refractam. Neque refert ad effectum refractionis, in qua parte rectæ ED statuatur punctum G, cum tota ED, sicut et AB vel GH, intelligenda sit ut insensibilis. Commodius tamen ponetur G in ipso puncto E et H: in ea parte rectæ FH quam longitudo AB determinat: ut AE in medio raro continuetur cum GI parte refracta in medio denso.

PROPOSITIO V.

Radius incidens perpendiculariter in superficiem planam, considerari potest tanquam linea mathematica: sed incidens in eandem oblique, considerandus est ut habens latitudinem.

Sit radius ABCD habens latitudinem AC, cadens perpendiculariter in planum BD: consideratur ergo

PROP. V.

ut via qua motus propagatur, in qua eadem omnia accidunt lateri AB, quæ lateri CD. Nam et utrumque latus est perpendiculare ad planum BD, et æqualis est operatio ab A ad B, et a C ad D, vel a tota AC ad totam BD. Quare æque considerare motum possumus in AB, vel in CD, vel in tota linea ABCD. Possumus ergo considerare radium ABCD sine latitudine, hoc est ut linea mathematica. Sed in incidentia obliqua, ubi operatio ab F ad planum in H in majori est distantia quam ab E in G, non potest considerari EFGH ut linea mathematica: quia sic consideraretur EF ut punctum mathematicum, quod tamen consideratur uno termino operari longius quam altero, hoc est, consideratur ut habens terminos, hoc est, non ut punctum. Itaque si consideraremus lineam oblique incidentem ut mathematicam, consideraremus EF ut punctum et non punctum, quod est absurdum.

Postulatum.


[redacted]

PROPOSITIO VI.

Radius e medio raro incidens oblique in medium densius, cujus superficies plana est, refringitur versus perpendiculum.

PROP. VI.


Sit ED recta in superficie plana medii densioris, ita ut quod est supra ED sit medium rarius, quod infra, densius. Sitque in medio raro linea lucis (puta solis diametrum) AB, a qua exeat radius cujus latera AE, BD sint ad AB perpendicularia, et ad planum ED obliqua. Propagato igitur altero lucis termino ad planum ED in puncto D, alter terminus non propagabitur simul ad planum in E, sed perveniet tantum ad C, ita ut AC sit æqualis BD. Producta recta BD, fiat DH æqualis rectæ CE. Si igitur medium mutatum non esset, quando terminus lucis A propagatus esset ad E, alter terminus deberet esse in H, immersus scilicet sub plano ED quanta est distantia minima inter punctum H vel C et rectam ED, vel inter eandem rectam ED et sibi parallelam IH. Quoniam vero supponitur medium sub plano ED densius quam quod supra, et propagari debiliorem motum in denso quam in raro, tunc quando *lineæ lucis* terminus A est in E, erit alter terminus B inter H et D, puta in L. Ergo ter-



PROP. VI.


minus lucis B erit immersus in medium densum quanta est distantia minima inter rectam ED et sibi parallelam GFL, sive quantitate lineæ LM, tunc cum alter terminus est in superficie ejusdem medii densi. Ducta igitur recta a puncto E ad rectam GL, eadem longitudine qua est linea lucis AB, vel CD, quæ sit EF, erit jam EF linea lucis *propagata eousque.* Quoniam autem latera radii exeunt a *linea lucis* perpendiculariter, ducantur perpendiculares ad ipsam EF rectæ EN, FO, propagabitur lux inter parallelas EN, FO. Quare EFNO erit radius refractus, et cadet necessario latus EN inter EI et perpendicularem ad planum, quæ est EK, et latus FO inter BD productam et perpendicularem ad idem planum sibi conterminam. Jam si pro latitudine AB sumamus latitudinem radii minorem quavis magnitudine data, demonstratio hæc eadem existens applicabitur lineæ EN, ut EN sit ipse radius refractus versus perpendicularem EK. Quare radius e medio raro, etc. Quod erat probandum.

PROPOSITIO VII.



[redacted]

sed tantum ad C, ita ut AC sit æqualis DB. Producta recta DB, fiat DH æqualis rectæ CE. Si igitur medium mutatum non esset quando terminus PROP. VII.




lucis A propagatus esset ad E, alter terminus deberet esse in H: immersus scilicet sub plano ED, quanta est distantia minima inter punctum H vel C et rectam ED, vel inter eandem rectam ED et sibi parallelam IH. Quoniam vero supponitur medium sub plano ED rarius quam quod supra, et propagari motum facilius in raro quam in denso: tunc quando lineæ lucis terminus A est in E, erit alter terminus B ultra H, puta in L, immersus in medium rarum quanta est distantia minima inter rectam ED et sibi parallelam GL, hoc est quantitate lineæ LM. Ducta igitur recta a puncto E ad rectam GL, eadem longitudine qua est linea lucis AB vel CD, quæ sit EF, erit jam EF linea lucis

PROP. VII. *propagata eousque.* Ductis igitur EN et FO perpendicularibus ad EF, erit per *postulatum* superius, radius propagatus in medio raro secundum parallelas EN et FO. Cadit autem EN, ita ut angulum faciat majorem cum perpendiculo EK quam facit linea directa EG. Et FO, similiter, facit majorem angulum cum sibi contermino perpendiculari, si duceretur, quam facit ea quæ est in directum cum BD: hoc est refringitur radius EFNO in partes aversas a perpendiculo. Jam si pro AB, linea lucis, sumatur magnitudo omni magnitudine proposita minor, quod demonstratur de linea lata ABEFNO demonstrabitur de ducta AEN. Quare radius refringitur ab E in N, in partes scilicet aversas a perpendiculo. Et propterea radius e medio denso etc. Quod erat probandum.

PROPOSITIO VIII.

Si radius incidat in planum medii rarioris, talis naturæ ut facilius propagetur in ipso quam in denso unde venit, ea proportione quam habet diameter quadrati ad latus ejusdem, sitque angulus [redacted]


refractam fore EM, nempe jacentem in ipso plano ED. PROP. VIII.



Quoniam enim angulus AEL est semi-rectus, erit quoque CED semi-rectus: et quia angulus ECD est rectus, erit CDE semi-rectus. Quare rectæ CD, CE sunt æquales. Est ergo CDEH quadratum, et ut CH diameter ad CD latus, ita CD, vel AB, vel EH, ad CK vel KH. Supponitur autem progressum lucis in medio raro habere proportionem ad progressum in denso, quam habet diameter ad latus, hoc est, CD, vel EH, vel AB, ad KH. Quando ergo terminus lucis A est in E, terminus B (qui, si medium non esset mutatum, deberet esse in H, immersus profunditate KH) erit propagatus ad N, ita ut profunditas ejus sive distantia inter ED et GN, nempe perpendicularis EF, sit æqualis rectæ CD, vel EH, vel AB. Est autem AB *linea lucis*. Quare etiam EF est linea lucis *propagata*.

PROP. VIII. Exit ergo radius refractus ab ipsa EF perpendiculariter, quare EM est linea refracta, eadem cum ED. Itaque si radius incidat etc. Quod erat probandum.

Patet hinc ratio, quare dominus Des Cartes, docens nos quomodo vitri refractio experiunda est per triangulum rectangulum (pag. 138), jubet angulum acutiorem statuendum in eam partem unde avertitur linea refracta, ut in hoc exemplo. Quia FIG est perpendicularis ad AB et inclinata ad AC, ita ut linea FI refringatur ad H: necesse est ut angulus A minor sit semirecto. Aliter enim IH caderet vel in IC vel intra triangulum.




Resistentia enim vitri ad resistentiam aeris major est quam pro ratione diametri ad latus. Plus enim refrangit vitrum quam aqua: aqua vero refrangit secundum rationem diametri ad latus, vel saltem fere.

PROPOSITIO IX.

[redacted]

cadet linea refracta inter EM et EO. Quare cum sit angulus OEM semirectus, erit radius refractus in angulo inclinationis semirecto minor semirecto. Quod si angulus inclinationis minor esset semirecto, AEM recta faceret angulum cum perpendiculo EO minorem semirecto : refractus igitur PROP. IX.



multo minor esset semirecto. Quare angulus refractus in angulo inclinationis semirecto vel eo minore, minor est semirecto. Sit jam angulus incli-

PROP. IX. nationis major semirecto quicunque TEP. Dico angulum refractum hic quoque minorem esse semirecto. Supponimus AB et TR lineas lucis æquales, ut radii ab ipsis differant sola inclinatione: æquales ergo sunt EF et EI, nempe æqualibus AB et TR conjunctæ per parallelas æquales. Quoniam autem angulus AEP est semirectus, erit quoque CED semirectus: ideoque cum ECD sit rectus, etiam CDE erit semirectus. Quare rectæ EC, CD æquales erunt, et CDEI quadratum, et ut CI diameter ad CD latus, ita EI ad IS, hoc est EF ad IS. Ducatur FG perpendicularis ad ED, minor erit FG quam EF: minor ergo est ratio GF ad IS quam diametri ad latus. Fiat ergo ut EF ad IS, sive ut diameter ad latus, ita FG ad aliud* HK perpendicularem ad planum idem ED: erit ergo HK minor quam IS. Quia ergo EF est profunditas quam acquisivisset terminus lucis R, existente termino T in E, si medium non esset mutatum, erit jam ex supposita qualitate medii KH profunditas ejus. Si ergo ducatur LH parallela ad ED, erit lineæ lucis alter terminus in E, alter in LH. Quoniam autem linea lucis æqualis est rectæ EI, terminus ejus in recta


[redacted]

etsi inclinationis angulus major sit semirecto, erit angulus refractus semirecto minor. Itaque sive angulus inclinationis sit major, vel minor, vel æqualis semirecto, hoc est in omni inclinatione in ratione mediorum supposita, angulus refractus erit semirecto minor. Quod erat probandum. PROP. IX.

PROPOSITIO X.

Angulus refractionis qui fit a radio intrante in medium densum versus perpendiculum, æqualis est angulo refractionis quem idem radius refractus facit exiens in idem medium rarum, in partes a perpendiculo aversas.

Sit medium rarum quod est supra rectam CB, quod infra, densum. Sit autem linea lucis AB, a qua exit radius cujus latera AC et BD. Completo rectanguloABCD, si medium non esset mutatum, esset CD linea lucis *propagata:* sed quia medium sub CB densius est quam supra, erit lineæ lucis terminus B, minus in ipsum immersus quam punctum D. Sit ergo linea lucis *propagata* CE, ita ut CE æqualis sit ipsi AB vel CD. Ductis ergo perpendicularibus ad CE rectis CG, EH, erit CG linea refracta, et ICG angulus refractionis versus perpendiculum CK. Rursus, sit medium densum quod est infra LD, rarum quod supra, et sit GH linea lucis propaganda a denso in rarum. Quando



PROP. X.


jam terminus lucis H est in D, si medium non esset mutatum, deberet alter terminus lucis G esse in F: sed propter raritatem medii in quo jam est ille terminus* ulterius ad C pro ratione mediorum supposita, hoc est pro ratione distantiæ inter LD et CB ad distantiam inter ME et eandem CB. Est igitur jam CD linea lucis *propagata* ad densi et rari confinia. Quoniam ergo AC et BD sunt perpendiculares ad ipsam CD lineam lucis, erit CA linea refracta, et ACQ angulus refractionis aversus a perpendiculo CP. Restat probandum angulum ACQ æqualem esse angulo ICG: quod facile est, sunt enim verticales. Quare angulus refractionis etc. Quod erat demonstrandum.

Facile quoque demonstratu est, radium transeuntem a medio raro per medii densioris plana opposita in medium rarum simile priori, habere partes ante ingressum et post exitum sibi invicem parallelas.

PROPOSITIO XI.

Si sint duæ qualibet inclinationes radiorum ab eodem medio raro ad idem medium densum, vel [redacted]

tis *bd*, BD iisdem radiis *ac*, AC æqualibus, complentur parallelogramma *abcd*, ABCD. Sitque medium quod est infra, *cb*CB, (quod voco medium PROP. XI.



secundum), non ejusdem naturæ cum medio quod est supra (quod voco medium primum): sed vel densius, hoc est in quo tardior sit propagatio motus, vel rarius, hoc est in quo velocior sit propagatio motus. Sit jam progressus lucis in medio primo in altera quidem inclinatione recta *ac*, in altera vero recta AC: vel si progressum hunc lucis velimus mensurare in perpendiculari ad planum *cb*CB, sit in altera inclinatione *ak*, in altera AK. Sit autem progressus lucis in medio secundo eodem tempore major vel minor quam in primo, in altera quidem inclinatione *be*, scilicet si densius sit secundum medium quam primum, vel *bf* si rarius. Aut si velimus progressum hunc mensurare in perpendiculari ad planum *cb*CB, sit *ie* progressus ille in densiori medio, *gf* in rariori: in altera autem, sit

PROP. XI. progressus lucis BE in densiori, BF in rariori, vel mensurando perpendiculariter IE in densiori medio, GF in rariori. Dico esse ut inclinata *ac* ad inclinatam *be*, vel *bf*, hoc est ut perpendicularis K* ad perpendicularem *ie* vel *gf*, in inclinatione una : ita esse inclinatam AC ad inclinatam BE vel BF, hoc est, perpendicularem AK ad perpendicularem IE vel GF, in altera.


Quoniam enim idem est medium in quo *ac* et in quo AC, æque velox est motus ab *a* ad *c* motus* ab A ad C. Tempus ergo quo fit motus ad *a* ad *c* est ad tempus quo fit motus ab A ad C, ut recta *ac* ad rectam AC. Similiter, quoniam idem est medium in quo *be* et in quo BE, æque velox est motus a *b* ad *e* et a B ad E. Tempus ergo quo fit motus a *b* ad *e* est ad tempus quo fit motus a B ad E, ut recta *be* ad rectam BE. Sed tempus quo fit motus a *b* ad *e*, æquale est tempori quo fit motus ab *a* ad *c*. Item, tempus quo fit motus a B ad E, æquale est tempori quo fit motus ab A ad C. Tempus ergo quo fit motus ab *a* ad *c*, est ad tempus quo fit motus ab A ab C, ut recta *be* ad rectam BE. Est au- [redacted]

ut *ak* ad *gf*, ita AK ad GF. Quare ut est inclinata *ac* ad inclinatam *be* vel *bf*, et ut perpendicularis *ak* ad perpendicularem *ie* vel *gf*, in una inclinatione, ita est inclinata AC ad inclinatam BE vel BF, et perpendicularis AK ad perpendicularem IE vel GF, in altera inclinatione. Itaque si sint duæ quælibet inclinationes etc. Quod erat probandum. PROP. XII.

PROPOSITIO XII.

Si sint duæ quælibet inclinationes radiorum ab eodem medio raro ad idem medium densum, vel contra, sitque superficies mediorum communis plana, erit ut sinus anguli inclinationis ad sinum anguli refracti in una inclinatione, ita sinus anguli inclinationis ad sinum anguli refracti in altera inclinatione.

Sit planum *cb*CB commune duorum mediorum quorum primum, sive id quod est supra *cb*CB, sit



rarum, alterum, sive medium secundum infra *cb*CB, densum. Sint autem *ac* et AC radii inclinati ad

PROP. XII. planum *cb*CB in angulis inæqualibus *aco* et ACO. Sit autem radius refractus ab *ac* recta *ck*, et angulus refractus *kcl*, et radius refractus ab AC recta CK, et angulus refractus KCL. Dico, ut sinus anguli inclinationis *aco* ad sinum anguli refracti *kcl*, ita esse sinum anguli inclinationis ACO ad sinum anguli refracti KCL. Ducatur *ab* recta perpendicularis ad *ac*, quæ secet planum in puncto *b*. Secabit autem, quia angulus *acb* est minor recto. Huic æqualis fiat AB, et ita applicetur ut sit altera ejus extremitas in plano CB, et sit perpendicularis ad AC in puncto A: et compleantur parallelogramma *abcd* et ABCD. Ducatur *ce* perpendiculariter ad radium refractum *ck* in puncto *c*, et CE perpendiculariter ad radium refractum CK in puncto C. Sit autem *ce* æqualis *cd* vel *ab*, sicut et CE æqualis CD vel AB. Itaque ductus circulus centro *c*, intervallo *ce*, transibit per *d*, et ductus circulus centro C, intervallo CE, transibit per D. Jam quoniam *ce* et CE sunt perpendiculares ad ra- [redacted]

tarum inclinationem: et *er*, ER sunt sinus angulorum refractorum in medio denso, sicut *fs* et FS sunt sinus angulorum refractorum in medio raro. Quod sic probatur. Anguli *oca* et *acb* simul sumpti sunt æquales recto: item *abc* et *acb* simul sumpti faciunt rectum. Ergo dempto communi angulo *acb*, remanet *abc* æqualis angulo inclinationis *oca*: ducto igitur circulo cujus semidiameter sit *ba*, erit *ap* sinus anguli inclinationis. Eodem modo probatur AP esse sinum anguli inclinationis: sunt enim *ab* et AB æquales per constructionem. Rursus quoniam angulus *kce* et *lcb* est uterque rectus, dempto communi angulo *lce* remanet *ecb* æqualis angulo *kcl* refracto: quoniam ergo *ce* est æqualis *ab*, erit *er* sinus anguli refracti. Eadem methodo ostenditur ER esse sinum anguli refracti in altera inclinatione. Porro, ubi medium secundum rarius est primo, angulus *qcf* et *lcb* est uterque rectus: dempto ergo communi angulo *lcf*, remanet angulus *fcb* æqualis angulo refracto *pcl*. Est ergo *fs* sinus anguli refracti: et per eandem rationem FS est sinus anguli refracti in inclinatione altera. Quoniam ergo est ut *ap* ad *cr* vel *fs* in una inclinatione, ita AP ad ER vel FS in altera inclinatione, erit ut sinus anguli inclinationis ad sinum anguli refracti in una inclinatione, ita sinus anguli inclinationis ad sinum anguli refracti in altera inclinatione, sive refractio fiat versus perpendiculum sive ad partes a perpendiculo aversas. Igitur si sint duæ quælibet inclinationes etc. Quod erat probandum. PROP. XII.

Corollarium.


In majore angulo inclinationis major est angulus refractus, in minore minor. Majoris enim anguli

PROP. XII. major semper est sinus. Et est jam ostensum, esse ut sinus anguli inclinationis ad sinum anguli refracti, ita sinum alterius anguli inclinationis ad sinum anguli in illa inclinatione refracti.

PROPOSITIO XIII.

Si duo radii æqualiter inclinati procedant ad planum diversi medii, alter a medio raro in densum, alter a medio denso eodem in medium rarum, sinus anguli refracti in raro, sinus anguli inclinationis, et sinus anguli refracti in denso, erunt continue proportionales.

Sit CB planum dividens duo media, quorum primum sit rarum, secundum densius: et sit AC radius inclinatus ad planum CB in quocunque angulo



[redacted]


profunditate perpendiculari DH. Sed quoniam densius statuitur medium infra planum quam supra, sit immersum punctum B profunditate tantum EI. Est igitur linea lucis jam CE facta æqualis rectæ AB : et ducta KC perpendiculari ad CE, et LC ad CB, erit angulus refractus KCL, cui ostensus est in præcedente æqualis ECI. Est ergo anguli refracti in denso sinus EI. Et quia angulus ABC æqualis est angulo inclinationis, ut ostensum est in præcedente, et huic æqualis est BCD: erit recta DH, ducta perpendicularis ad CB, sinus anguli inclinationis. Et habet DH ad EI rationem eam quam requirit semper eandem eorundem mediorum diversitas. Supponamus jam medium primum esse densius secundo, sitque inclinatio radii AC eadem quæ ante. Quo tempore ergo punctum A est in superficie medii rari ad C, erit punctum B immersum in raro profunditate GF majore quam est DH : scilicet pro ratione mediorum, quam supposuimus esse ut DH ad EI. Est igitur FG ad DH ut DH ad EI. Sunt itaque continue proportionales FG, DH, EI. Sed ostensum est in præcedente, angulum BCF esse angulo refracto in raro LCM æqualem: quare FG est sinus anguli refracti in raro, sicut DH est sinus anguli inclinationis, et EI sinus anguli refracti in denso. Itaque sinus anguli refracti in raro, sinus anguli inclinationis, et sinus anguli refracti in denso, sunt continue proportionales. Ideoque si duo radii æqualiter inclinati etc. Quod erat probandum.

PROP. XIII.

Alia demonstratio ejusdem propositionis.

Sit planum media separans GBF, et super recta

PROP. XIII. GBF diametro constituatur circulus GHFE, cujus centrum B. Sit autem quod est supra diametrum, medium rarum, quod est infra densum; ducatur AC per centrum in angulo quocunque inclinationis dato ABH in medio raro, cui æqualis est angulus CBE in medio denso; et sinus anguli inclinationis est MA vel OC. Jam supponamus radium AB venientem e raro in densum, refringi in radium BD, hoc est, versus perpendicularem, utcunque. Sinus ergo anguli refracti in denso est DR ducta a circumferentia in D perpendiculariter ad BE, et huic æqualis est LI. Rursus, supponamus radium venientem a medio denso in rarum secundum inclinationem quam habet DB, erit ille radius refractus in medio raro ad BA, ut ostensum est prop. 10. Et manifestum satis est per se: eadem enim est via a D per B ad A, quæ erat ante ab A per B ad D, sicut Thebis Athenas, [redacted]



tione refracti, ita est sinus anguli inclinationis PROP. XIII. alterius ad sinum anguli in illa inclinatione refracti. Sunt itaque continue proportionales NK sinus anguli refracti in raro, MA sinus anguli inclinationis communis, et LE sinus anguli refracti in denso. Quare si duo radii æqualiter inclinati etc. Quod erat probandum.


Corollarium.

Manifestum hinc est, dato sinu anguli refracti in uno medio ex altero, et inclinatione, dari sinum anguli refracti in altero medio: vel datis angulis refractis utriusque medii in eadem inclinatione, dari ipsam inclinationem: vel data inclinatione una cum ratione quam habent inter se obsequia mediorum, dari cætera.

PROPOSITIO XIV.

Radii incidentis oblique in medium diversum, cujus superficies est curva, refractio eadem est ac si incidisset in contactum planæ superficiei ipsam curvam contingentis.

Sit medium quod est infra rectam FBG diversum ab eo quod est supra, ducaturque OP secans FBG in B ad angulos rectos, ducanturque duæ curvæ ABC et LBM se invicem et rectam FG contingentes in puncto B. Incidat autem ad planum FG in puncto B in inclinatione quacunque radius DB qui refringatur a directa DBI, vel versus




PROP. XIV. perpendiculum BP, vel contra, ut BK. In media autem latitudine radii DBK (nam ostensum est omnem radium habere latitudinem) consideretur linea mathematica DBK, ita ut B consideretur quoque ut punctum contactus. Jam si abscindatur a medio, quod est infra FG, pars illa quæ continetur inter planum FG et superficiem convexam ABC, manifestum est non ideo mutari situm rectæ BK: nam punctum B non tollitur, cum sit commune utrisque ABC curvæ et FBG rectæ. Erit tamen medium quod est infra ABC diversum ab eo quod est supra; quare radii incidentis oblique in medium diversum cujus superficies est convexa, refractio eadem est ac si incidisset in contactum planæ superficiei ipsam convexam contingentis. Rursus si ad medium quod est infra FBG, adjeceris medii ejusdem generis quantum impleat spatium quod continetur inter FG planum et LBM concavam superficiem: manifestum est, non ideo mutari situm rectæ BK, quia punctum B est in ipso plano FBG non minus quam in concavo LBM: erit tamen medium quod est infra LBM diversum ab eo quod est supra. Quare radii incidentis oblique in

[redacted]

Anaclasticæ: ad perfectam cujus cognitionem in re physica contemplandæ sunt diaphanorum omnium naturæ et figuræ, maxime autem figuræ. PROP. XIV.

Ex iis quæ de natura refractionis dicta sunt, facile est colligere, in omni refractione lineam lucis a quo* radius exit, quanquam sit minima quæ dari possit, concipere dum radius refringitur vertiginem quandam, et quo sæpius refringitur eadem via, eo majorem esse vertiginem: ex quo sequitur alterum latus radii, scilicet exterius, incidere in oculum motu recto qui augetur a motu vertiginis, alterum autem motu recto qui vertigine minuitur. Atque in hoc fortasse consistit, quod in prismate contento duobus planis oppositis triangularibus et tribus parallelogrammis, termini objectorum ex ea parte qua refractio facit cubitos, sunt rubri primum, et deinde flavi; ex altera vero parte qua refractio facit angulos, sunt primum virides vel cærulei, et deinde violacei. Exempli causa; sit prismatis triangulum CDE, ad cujus latus CE cadant oblique radii *af*, *bg* a terminis objecti *ab*, inde refringantur ad HI, et inde iterum ad KL. Videbitur objectum in AB rubrum ex parte A, quod desinit in flavo versus B: at a parte B viride, desinens in violaceo versus exteriora. Quod ideo accidere conjicio, quod radius *af*HK acquirat vertiginem in cubitis *f* et H: quæ vertigo motum ejus rectum secundat, sed turbat, unde color ille ruber et



* Sic.

PROP. XIV. flavus ad interiora. Sed in angulis *g* et I illa vertigo adimit de motu radii recto, et turbat quoque: unde nascitur color viridis et violaceus ad exteriora, minus fortes quam ruber et flavus. Confirmat conjecturam hanc, quod color ruber incipiens ab A tendit versus B, et viridis a B tendit versus exteriora.

FINIS.

OBJECTIONES

AD

CARTESII MEDITATIONES

DE PRIMA PHILOSOPHIA

VULGO DICTÆ

OBJECTIONES TERTIÆ.

UNA CUM RESPONSIONIBUS CARTESII.

[redacted]

OBJECTIONES

AD

CARTESII MEDITATIONES.

OBJECTIO I.

AD MEDITATIONEM PRIMAM.

De iis quæ in dubium revocari possunt.

SATIS constat ex iis quæ dicta sunt in hac *Meditatione*, nullum esse κριτήριον a quo somnia nostra a vigilia et sensione vera dignoscantur: et propterea, phantasmata quæ vigilantes et sentientes habemus, non esse accidentia objectis externis inhærentia, neque argumento esse talia objecta externa omnino existere. Ideoque si sensus nostros sine alia ratiocinatione sequamur, merito dubitamus an aliquid existat necne. Veritatem ergo hujus *Meditationis* agnoscimus. Sed quoniam de eadem incertitudine sensibilium disputavit Plato, et alii antiquorum philosophorum, et vulgo observatur difficultas dignoscendi vigiliam ab insomniis: nolim excellentissimum auctorem novarum speculationum illa vetera publicare. OBJECTIO I.

RESPONSIO.

Dubitandi rationes quæ hic a philosopho admittuntur ut veræ, non a me nisi tanquam verisimiles

OBJECTIO I. fuere propositæ: iisque usus sum, non ut pro novis venditarem, sed partim ut lectorum animos præpararem ad res intellectuales considerandas, illasque a corporeis distinguendas, ad quod omnino necessariæ mihi videntur; partim, ut ad ipsas in sequentibus *Meditationibus* responderem; et partim etiam, ut ostenderem quam firmæ sint veritates quas postea propono, quandoquidem ab istis metaphysicis dubitationibus labefactari non possunt. Itaque nullam ex earum recensione laudem quæsivi: sed non puto me magis ipsas omittere potuisse, quam medicinæ scriptor morbi descriptionem cujus curandi methodum vult docere.

OBJECTIO II.

AD MEDITATIONEM SECUNDAM.

De natura mentis humanæ.

Sum res cogitans: recte. Nam ex eo quod cogito, sive phantasma habeo, sive vigilans sive somnians, colligitur quod sum cogitans: idem enim significant *cogito* et *sum cogitans*. Ex eo quod sum cogitans, sequitur *ego sum:* quia id quod

[redacted]

cultatibus et actibus, hoc est, a suis proprietatibus et essentiis. Aliud enim est ipsum *ens*, aliud est ejus *essentia*. Potest ergo esse ut res cogitans sit subjectum mentis, rationis, vel intellectus, ideoque corporeum aliquid: cujus contrarium sumitur, non probatur. Est tamen hæc illatio fundamentum conclusionis quam videtur velle D. C. stabilire. OBJECTIO II.

Ibidem: *Novi me existere: quæro quis sim ego quem novi: certissimum est hujus sic præcise sumpti notitiam non pendere ab iis quæ existere nondum novi.*

Certissimum est notitiam hujus propositionis *ego existo*, pendere ab hac *ego cogito*, ut recte ipse nos docuit. Sed unde nobis est notitia hujus, *ego cogito?* Certe non ab alio quam ab hoc, quod non possumus concipere actum quemcunque sine subjecto suo, veluti saltare sine saltante, scire sine sciente, cogitare sine cogitante.

Atque hinc videtur sequi rem cogitantem esse corporeum quid. Subjecta enim omnium actuum videntur intelligi solummodo sub ratione corporea sive sub ratione materiæ: ut ostendit post in exemplo ceræ, quæ mutatis colore, duritie, figura, et cæteris actibus, intelligitur tamen semper eadem res, hoc est, eadem materia tot mutationibus subjecta. Non autem colligitur me cogitare per aliam cogitationem. Quamvis enim aliquis cogitare potest se cogitasse: quæ cogitatio nihil aliud est quam meminisse: tamen omnino est impossibile cogitare se cogitare, sicut nec scire se scire. Esset enim interrogatio infinita, *unde scis te scire te scire te scire.*

Quoniam ergo notitia hujus propositionis *ego existo*, pendet a notitia hujus *ego cogito:* et noti-

OBJECTIO II.

tia hujus, ex eo quod non possimus separare cogitationem a materia cogitante: videtur inferendum potius rem cogitantem esse materialem quam immaterialem.

RESPONSIO.

Ubi dixi, *hoc est mens, animus, intellectus, ratio, etc.*, non intellexi per ista nomina solas facultates, sed res facultate cogitandi præditas: ut per duo priora vulgo intelligitur ab omnibus, et per duo posteriora frequenter: hocque tam expresse, totque in locis explicui, ut nullus videatur fuisse dubitandi locus.

Neque hic est paritas inter ambulationem et cogitationem: quia ambulatio sumi tantum solet pro actione ipsa, cogitatio interdum pro actione, interdum pro facultate, interdum pro re in qua est facultas.

Nec dico idem esse rem intelligentem et intellectionem: nec quidem rem intelligentem et intellectum, si sumatur pro facultate, sed tantum quando sumitur pro re ipsa quæ intelligit. Fateor autem ultro me ad rem sive substantiam, quam vo-

[redacted]

Potest, inquit, *esse ut res cogitans sit corporeum aliquid: cujus contrarium sumitur, non probatur.* Imo, contrarium non assumpsi, nec ullo modo eo usus sum pro fundamento, sed plane indeterminatum reliqui usque ad sextam *Meditationem*, in qua probatur. OBJECTIO II.

intellectu errare idem est quod non intelligere. v. 205.
ego sum intelligens, ergo sum intellectus, non recta argumentatio. v. 252 :—intellectio est actus, intellectus potentia intelligentis. ibid.

INTERSIDERALIA—hoc nomine quæ comprehenduntur. i. 362.

Inventio—ei et poesi ingenium idoneum, quale. ii. 111.
Investigatio—quæ et reminiscentia vocatur. iii. 17.
Invidia—et æmulatio. ii. 110. iii. 47.
Job—temporis in quo liber scriptus, nota nulla. iii. 273:—personam fuisse veram, non fictam, certissimum. ibid.:—tractatus esse moralis, non historicus, unde apparet. iii. 273–4.
ejus querimoniæ difficultatem solvit Deus argumentis ab omnipotentia sua sumtis. ii. 335. iii. 257:—et ejus innocentiam approbat, doctrinam amicorum erroneam condemnat. ibid. ibid.
ejus querimonia de mortalitate hominis. iii. 325.
Joel—propheta. iii. 275:—describit diem judicii. iii. 333.
Johannes—Baptistæ verba, *ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et in igne*, non ad purgatorium pertinent. iii. 472:—eadem explicata. ibid.
Sanctus quare dicit, *ira Dei* MANET (non *veniet*) super incredulum. ii. 385.
Damascenus, inter *Deum* et *Deitatem* recte distinguit. iii. 494, 532:—exponit fidem Nicenam. iii. 562:—philosophus Aristotelicus, Pater eccclesiæ, et doctor pius. ibid.:—in verba athea incidit. ibid.
rebellio contra Johannem Angliæ regem, unde orta. iii. 232:—oppressus per instigationem Papæ. iii. 425.
Jonas—ejus liber, quid est. iii. 274.
Jonathan—ejus culpa manifesta facta per sortem. iii. 309.
Josephus—historicus, Testamenti Veteris libros numerat viginti et duos. iii. 270:—apud eum mentio fit doctrinæ Judæ Galilæi, quibus verbis. ii. 357.
tur sæpissime ab opinione contemptus. ii. 105:—ex læsione alterius, indignatio. iii. 44.
nomine *Furiæ*, deæ ethnicæ. iii. 90.
et *avaritia*, passiones quæ potentissime crimina suadent. iii. 214:—sed non sine spe. ibid.
Irenæus—ex orthodoxis opposuit se hæresi Valentinianæ. iii. 492.
Iris—ejus colorum causam ex quo explicavit Cartesius. i. 377.
Isaiah—an Evangelista dicendus. iii. 350:—illius et aliorum prophetarum scripta, quare non potuerunt pro propheticis illico haberi. ii. 361:—locum Gigantum innuit sub aquis esse. iii. 327:—de loco *Salvationis* quid dicit. iii. 331-2.
Israelitæ—quibus verbis obligaverunt se imperata facere omnia quæ a Deo ipsis imperaret Moses. iii. 340–1, 379:—quare obligati fuerunt pro lege divina habere id quod pro tali ab Abrahamo declaratum est. iii. 208:—vel a Mose. ibid.
ab imitatione gentium vicinarum Samuelem eligere sibi regem compulerunt. iii. 234-5:—a Mose leges civiles receperunt. iii. 295.
Gens Sancta. iii. 296:—gens prophetarum avida. ii. 365.
terram promissam, cum acquisissent, arbitrio cujus distribuerunt. iii. 186.
illos primo, deinde Christianos, Deus regit per leges positivas datas per prophetas suos. iii. 256.
idolo Moloch in Tophet sacrificaverunt. iii. 328.
eorum respublica appellatur *sacerdotium regale*. ii. 364.
jus pœnas sumendi dependebat, apud eos, ab arbitrio privato. ii. 336:—quando

[redacted]

illorum terra, terra sancta. iii. 297:—urbs, sanctior. ibid.:—templum, adhuc sanctius. ibid.:—hujus pars, *sanctum sanctorum*. ibid.
illorum singulare erat, expectare signum. iii. 344:—a Mose expectarunt, etiam postquam obedire se obligassent. iii. 345.
postquam Moses et Joshua mortui essent, rectoribus suis obedientiam negaverunt. iii. 347:—inde turbæ et seditiones, quæ gentem tandem everterunt. ibid.:—non amplius Deum consuluerunt. ibid.:—sed virum vel feminam aliquam futurorum prædicatorem. ibid.:—regem sibi dari, more gentium, postularunt, quia desperarunt justitiam a filiis Samuelis. iii. 348:—reges illi soli, quorum vis terribilis aut felicitas admiranda, vixerunt laudabiliter. ibid.:—durante Captivitate, civitatem omnino non habuere. ibid.:—post reditum, pactum cum Deo renovarunt. ibid.
eorum religio a Græcorum dæmonologia insigniter corrupta. iii. 349.
Thessalonicenses, quare Scripturis omnes pariter, Paulo non pariter crediderint. iii. 375:—interpres Scripturarum in cujus interpretatione acquiescere obligabantur, fuit nullus. ibid.
per quod tempus verbum Dei scriptum nullum habuere. iii. 380:—eorum reges suo arbitrio regnaverunt. ibid.
quare eorum quos interfecerunt cum prophetarent, scripta postea pro verbo Dei habebantur. ii. 361.
minis gravissimis prohibiti, ne aliter quam per Mosem *Deum audirent*. ii. 362.
eorum reducum status ordinatio, qualis videtur fuisse. ii. 370.
negatio providentiæ divinæ et idololatria, sola apud eos erant crimina læsæ-majestatis divinæ. ii. 370:—in cæteris omnibus principibus suis parere debebant. ib.
Christum expectarunt regem a Deo missum, qui ipsos redimeret, et omnibus gentibus imperaret. ii. 374.
iis mos erat, transeuntes a Gentilismo ad Judaismum non recipere nisi prius lavatos. ii. 406.
eorum religio quare Romæ vetita. iii. 93.
insanos putabant esse aut prophetas aut dæmoniacos. iii. 62:—aliqui, eundem esse et prophetam et dæmoniacum. ibid.:—in opinionem enthusiasmi quomodo incidere potuerunt Judæi. iii. 63.
sacerdotes, apud illos et plurimas alias gentes, quomodo alebantur. ii. 125.
quare appellantur in Scripturis *populus Dei peculiaris*. iii. 451.
quomodo fit quod illi et Turci in pluribus dominiis ubi Papæ potestas ecclesiastica integra recipitur, suo modo Deum colere permittantur. iii. 453:—Christiani civitatum aliarum cives, in Roma nisi Romano modo Deum colere non permittantur. iii. 453-4.
in eorum ecclesia multi surrexerunt pseudo-prophetæ. iii. 434.
seculum non putabant Judæi, ut Romani, *spatium centum annorum*, sed ætatem mundi. iii. 467.
legem Mosaicam tunc implesse se existimabant, si sensum verborum grammaticum non transgressi erant. iii. 473.
dæmonologiam unde imbiberunt. iii. 476:—bonum singulare et excellens omne pro spiritu Dei habuerunt. ibid.:—malum omne *dæmonium* et *cacodæmonem* vocarunt. ibid.:—hominem immundum habere dicebant spiritum immundum. ibid.:—hominem mutum, dæmonium mutum. ibid.:—in eadem opinione fuere cum Græcis, phantasmata non esse idola cerebri, sed res per se existentes. iii. 477.
illis pro omni philosophia erat Testamenti Veteris Scriptura. iii. 492.
eorum sectæ. iii. 541.
JUDEX—subordinatus, non suam sed summæ potestatis sententiam dicere intelligendus est. iii. 199:—sententiam æquam, etiam contra sententiam suam priorem in simili quæstione erroneam, ferre obligatur. iii. 203:—ipsi error suus lex non est, multo minus judicibus aliis. ibid.:—unicuique incumbit sententiam ferre ex sua ipsius ratione naturali, non a præjudiciis judicum præcedentium. iii. 203, 204:—præjudicia in judiciis considerare, aut imperiti aut iniqui judicis est. iii. 204.
in bono judice facultates requisitæ, quæ sunt. iii. 205:—legum peritiam licet valde mediocrem habeat, quomodo tamen satis instructus esse possit ad sententiam ferendam æquam. ibid.
judicum scommatis et opprobriis adversus reos, nihil frequentius. iii. 188.
personam imperium habentis summum in tribunali suo repræsentat. iii. 183.
contra judices corruptos jus civibus reddendum. ii. 310:—ubi corrumpuntur, ibi fiunt falsa judicia, latrocinia, furta. ibid.:—si corrupti pœnas lege debitas sæpe remittant, civitas ipsa dissolvitur. ii. 310–11.
si per ignorantiam alicujus consequentiæ innocentem pœnæ tradiderit, excusari non potest. iii. 549.
Judices a Deo ad liberationem Israelitarum extraordinarii electi, et ipse Samuel, potestatem habuerunt temporariam. iii.

345:—illis obeditum est non ex debito, sed ex reverentia. ibid.
liber Judicum post Captivitatem scriptus. iii. 272.
judicare, nihil aliud est, quam leges singulis casibus *interpretando* applicare. ii. 322, 346.
Judicium—ejus laus, quid. i. 325. iii. 55: —phantasiæ, item. ibid. ibid.:—in hortativis et causarum dictionibus, utrum judicium an phantasia maxime postulatur. iii. 56:—illud plerumque senum, hoc juvenum est. ii. 111.
quando facit ut laudetur ingenium. iii. 57:—idem sine phantasia, ingenium est, phantasia sine judicio, non item. ibid.
sive sententia finalis, in quæstione præteriti vel futuri. iii. 51.
judicia penes eum sunt qui summum habet imperium. ii. 221.
ea inutilia reddere, crimen quale. iii. 221.
judicia publica, quæ. iii. 222.
in eorum ministerio, mercedes ab executione ipsius ministerii, quare noxiæ. iii. 229.
Jupiter—regimen Deorum Jovi uni antiqui adscripserunt. ii. 266.
Juramentum—ut validum fiat, qua forma jurandum est. iii. 111. ii. 179:—et per quem Deum. ibid. ibid.:—obligationi nihil addit. ibid. ibid.
quod Dei nominis abusum continet, quomodo puniendum. iii. 558:—est scandalum ecclesiæ. ibid.:—juramentum non necessarium, peccatum non parvum. iii. 559.
ea quæ Deum in membra dividunt, *per corpus, per ungues, per capillos*, unde orta. iii. 559.
Jus—juris, et jure facti, definitio. ii. 163. iii. 102.
juris naturalis fundamentum primum, quid. ii. 164. iii. 103, 223.
ignoratio primæ constitutionis juris, facit ut homines putent justum nihil aliud esse quam id quod impune esse, injustum id quod puniri consuevit. iii. 82.
id quod summi imperantes in cives habent, Scripturis Sacris non repugnat. ii. 149–50.
jus naturale est libertas qualis. iii. 102: —jus est libertas, id est, a legibus civilibus exemptio. iii. 209:—est libertas naturalis, a legibus non constituta, sed relicta. ii. 315:—*lex* et *jus*, quomodo differunt. iii. 102. ii. 315:—juris naturalis summa. iii. 103. ii. 164:—jure naturali unumquemque esse judicem mediorum ad sui conservationem. ii. 164:—et omnia esse omnium. ibid.:—et licere cuique alium in sua potestate existentem cogere ad cautionem præstandam futuræ obedientiæ. ii. 167.
ejus mensura, in statu naturæ, est utilitas. ii. 165.
jure fit, quod necessario conducit ad tuitionem vitæ et membrorum. ii. 165: —quod non fit contra rectam rationem. ii. 169.
suum deponere, quid. ii. 170. iii. 103:—suum qui transfert, jus novum nemini tribuit. iii. 104. ii. 171:—renuntiare, quid. iii. 104. ii. 171:—transferre, quid. ibid. ii. 171, 411.
juris translationis vel renuntiationis, signa sunt vel verba, vel facta, vel utraque. iii. 104:—ejusdem causa, ut sibi reciproce jus vel bonum aliquod accipiat. iii. 104-5.
jura quædam, quæ derelinqui vel trans-

[redacted]

interficiendi, in statu civili, privato concedi non potest. ii. 178.
quæcunque jura unusquisque sibimet ipsi postulat, eadem etiam unicuique concedat cæterorum, lex naturæ *nona*. ii. 189:—*decima*. iii. 119.
jus in omnia unicuique manet, quamdiu cautio ab invasione aliorum non habeatur. ii. 209.
seipsum contra vim defendendi, omnis homo retinere intelligitur. ii. 214. iii. 223:—protegendi se arbitrio proprio retinet unusquisque, quamdiu securitati ejus non sit prospectum. ii. 219, 240.
in unione, jus omnium in unum transfertur. ii. 214.
imperandi, in quo consistit. ii. 215:—pœnas sumendi, datum est alicui, quando. ii. 220:—non est datum, quando. iii. 223.
princeps a juris sui exercitio prudenter abstinet aliquando, de jure tamen nihil remittit. ii. 225, n.
non eadem sunt, *jus tibi do quidlibet imperandi*, et *faciam quicquid imperabis*. ii. 226.
summæ potestatis jura essentialia transferri non possunt. iii. 138:—eorum si quodlibet unum desit, cætera cessabunt omnia. ibid.:—ea inseparabilia esse pauci in Anglia qui nunc non vident. iii. 139:—eorum concessio, ni summæ potestati simul renuntiatum sit, nulla est. ibid.:—jura omnia, retento imperio summo, retinentur quæ ad exercitium ejus necessaria sunt. iii. 168.
jus successionis, civitatis artificialis vita. iii. 147:—de jure illo, difficultas maxima in monarchia est. iii. 148:—et in ea sola locum habet. ii. 260:—jus successoris eligendi ad monarcham præsentem pertinet. iii. 148:—quis ille sit quem monarcha successorem sibi esse voluit, quomodo judicandum. iii. 148–50.
jus successionis ad dominium paternum eodem modo procedit quo in imperium. ii. 263. iii. 153.
jus in personam dat jus in ea quæ sunt personæ. ii. 251, 257. iii. 153.
jus hominum seipsos protegendi naturale, quando a nemine alio protegi possunt, nullo pacto extingui potest. iii. 168.
jus naturale tantum, non *lex* naturalis, a lege civili restringitur. iii. 198.
civem puniendi, unde ortum. iii. 223:—ut quis vim sibi inferendi jus cuiquam dederit, intelligi non potest. ibid.:—jus pœnas sumendi civitati concedere, quare frustra esset. ibid.
jus *gladii privati*, omni subjectione pejus. ii. 238,
dominii in personas hominum, quibus modis acquisitum. ii. 249–50:—ubi acquisitum, ibi parvum regnum est. ii. 249:—iisdem modis acquiritur in animalia ratione carentia. ii. 253:—in animalia extitit ante promulgationem Scripturæ Sacræ, quare. ibid.:—jure quo bestia hominem occidit, eodem homo jugulat bestiam. ii. 254.
in cives, idem est in regno patrimoniali quod in institutivo. ii. 260:—jura dominii, tum paterni tum despotici, eadem quæ institutivi. iii. 154.
jurium summæ potestatis fundamenta juris naturalis sunt, non civilis. iii. 241:—eorum transgressio punienda, non ut legum transgressio, sed ut facta hostilia. ibid.:—objectioni, jura illa essentialia probari non posse, quia in nulla adhuc civitate agnita, responsio. ibid.:—in juribus illis intelligendis difficultas nulla, quæ non e summi imperantis vel ejus ministrorum culpa oritur. iii. 242.
jus naturæ et *jus gentium*, idem sunt. iii. 253.
jus quo regnat Deus, derivatur ab ejus omnipotentia. iii. 256. ii. 334:—jus omne in alios, vel a natura est, vel a pacto. ii. 334.
nihil impedit quo minus lege civili prohibeatur quod jure divino permittitur. ii. 315:—*jus* et *lex* confundunt, qui quod jure divino permissum est facere perseverant, quamquam lege civitatis prohibeatur. ibid.
jure potest peccatori ignoscere, is qui injuriam passus est. iii. 335.
quæstiones juris testibus determinari non debent. iii. 422.
jus principum judicare de *meo* et *tuo*, non derogari ante diem judicii, unde apparet. ii. 380.
juris spiritualis sunt quæ. ii. 390:—juris temporalis, quæ. ibid.
Jusjurandum—quare cultus naturalis non videtur esse. iii. 88.
ejus definitio. ii. 179. iii. 110:—qua causa introductum. ii. 179:—ejus effectus, quid. ii. 180:—non exigendum, nisi ubi pactorum violatio vel latere potest, vel non potest puniri nisi a Deo. ibid.:—pertinet ad iram provocandam Dei, *omnipotentis*, et *omniscientis*. ibid.
Jussus—jussu alterius quod fit, jubentis semper, aliquando et authoris et actoris, actus est. ii. 131:—jussu alterius si quis peccat, uterque peccat. ibid.
Justificatio—est vox æquivoca. ii. 428:—justificari dicitur is, cujus defensio, quamvis insufficiens, recipitur tamen et approbatur. iii. 447.
Justinianus—in ejus Institutionibus, legum genera enumerantur septem. iii.

205-6:—blasphemiam definivit, quomodo. iii. 558.

Justitia—id est, non violare leges, ubique eadem est et erit. ii. 117:—a Deo cordibus insculpta est. ii. 120:—universa, et obedientia civilis, in quo præcepto continetur. ibid.

justitiæ naturalis inquisitio incipit a quæstione, an res aliqua *sua* potius quam *aliena* dicenda esset. ii. 139:—quæstio alia est, quare, cum omnia essent omnium, voluerint sua cuique esse propria. ibid.

et injustitia, non sunt corporis aut animæ facultates. iii. 101.

ejus natura consistit in lege naturæ, *præstanda esse pacta.* iii. 111, 112:—consistit in eo, ut suum cuique tribuatur. ii. 387:—ejus definitio in Scholis recepta, *justitia est voluntas constans suum cuique tribuendi.* iii. 112, 436. ii. 416.

civitas, proprietas, justitia, simul nata sunt. iii. 112.

insipiens dixit, *justitia non est.* iii. 112:—dixit quoque, injustitiam consistere aliquando posse cum recta ratione. ibid.

vera, est animi generositas quædam. iii. 115.

distinctio in justitiam *hominum* et *actionum.* ii. 184. iii. 115:—in *commutativam* et *distributivam.* ii. 184. iii. 116:—distinctio illa non bona. ii. 185. iii. 116:—distinctio est, non justitiæ, sed æqualitatis. ii. 185:—*commutativa* proprie est contrahentium, *distributiva* est arbitri, id est æquitas. iii. 116:—justitia quo sensu est æquitas. ii. 185.

eam per leges suas faciunt reges. iii. 413.

est summa legis. ii. 200.

gladius justitiæ, quid. ii. 220:—penes eum

[redacted]

justa opera neminis peccata sunt. ii. 122.

justi et injusti doctrina qua causa disputatur perpetuo, linearum et figurarum nunquam. iii. 82.

justi et *injusti* principia sunt leges et pacta. iii. 94:—ante potentiam civilem vocabula illa usurpata non fuere. iii. 112, 135:—in bello omnium contra omnes locum non habent. iii. 101:—aliud *hominibus,* aliud *actionibus,* attributa significant. ii. 184. iii. 114-15:—actiones justæ denominant hominem non *justum,* sed *insontem.* ii. 184. iii. 115:—actiones injustæ, non *injustum* sed *sontem.* ibid. ibid:—*justus* et *injustus,* quis. ii. 184, 207:—in statu naturæ, justum et injustum, non ex actionibus, sed e consilio et conscientia agentium æstimanda. ii. 195, n.

justus est, qui leges naturæ observare quantum potest conatus est. ii. 196. iii. 121:—idem e Scripturis confirmatum. ii. 207.

justum et *injustum, bonum* et *malum* etc., quid appellandum est declarare, summum habentis imperium est. ii. 221. iii. 136:—eorundem mensuræ sunt *leges civiles.* ii. 221:—ante imperium non extitere. ii. 285:—eorum natura ad mandatum est relativa. ibid.

justum et injustum quid sit in actionibus, definiunt reges. iii. 413.

non quilibet justus ex fide vivet. ii. 428.

quo sensu homo aliquis *justus* dici potest. iii. 447.

Ixion—a Jove adhibitus in convivium, Junonem solicitasse dicitur. ii. 144:—illi pro Dea nubem oblatam esse. ibid.:—inde genitos Centauros, genus pugnax et inquietum. ibid.:—fabula illa quid vult. ii. 144-5.

[redacted]

LABOR—et parsimonia, ad locupletandos cives duo necessaria. ii. 306.
hominum labores non minus quam res aliæ cum bonis aliis commutabiles sunt. iii. 185.
LACEDÆMONII—eorum civitas recte statuit de adolescentibus res alienas ita auferentibus ut non deprehenderentur. ii 229:—ea bona non aliena, sed propria surripientis esse jusserunt. ii. 319, 229.
LÆDO—lædendi libido maxima, unde oritur. ii. 163.
LAPIS—Herculeus, qui et *magnes* et *gagates*. i. 427.
LARVÆ—et Lemures, dii ethnici. iii. 90.
larva sive persona. iii. 123.
λατρεία et δουλεία. ii. 350. iii. 483.
LATRO—pecunia illi promissa, in civitate, ad vitam redimendam, præstanda quando. iii. 109. ii. 176.
pendens in cruce, satis instructus fuit ad salutem. ii. 422, n. 424.
LAUS—quid. iii. 50:—laudis competitio venerationem producit antiquitatis. iii. 78:—amor, disponit ad actiones quales placituræ sint illis, quorum judicium magnifacimus. iii. 79.
laudare, magnificare, beatum dicere, est honorare. iii. 70.
laudare verbis. ii. 338:—factis. ibid.
LEGATUS—congratulandi, vel condolendi, vel in festivitate assistendi causa missus, minister publicus non est. iii. 184.
LEGISLATOR—in omni civitate est is qui summam habet potestatem. iii. 197:—est is cujus authoritate retinentur leges, non cujus ab initio institutæ sunt. iii. 199:—si aliam civitatem habeat subjectam, in hac quoque legislator est. ibid.
ejus sententia, ex quo cognoscenda. iii. 204-5:—ejus voluntas, item. iii. 250.
ipse unde cognoscatur. ii. 320. iii. 201.
LEMURES—eorum rex Oberon. iii. 506:—illi, pueris e cunabulis sublatis, alios illorum vice supponere dicuntur. ibid.:—quoties alicui irascerentur, illum sugillare. iii. 507:—cremorem lactis ligurire. ib.
inter eos et ecclesiasticos, similitudo. iii. 505-7.
lemures, animæ mortuorum, phantasmata sunt hominum dormientium superstitiosorum. iii. 215.
LENTUM—quid. i. 279.
LEO—Papa. iii. 424, 433:—tertius, Papa, quo tempore schismate Roma expulsus. iii. 496:—a Carolo Magno in Papatu confirmatus. ibid.:—hunc in Dei nomine corona imperiali donavit. ibid.:—problema nobile excogitavit, quid. ibid.:—Carolum ad *Universitates* per dominia sua instituendas hortatus est. ibid.
LEPROSI—eorum ritus inter Judæos, quis. iii. 356.
ληστρική—erat vita priscis temporibus. ii. 210:—ante civitatem constitutam, justa et honorifica habita. ii. 307.
LEVI—tribus, sola capax sacerdotii. iii. 392:—nullam sortem habuit in terra promissa. ibid.:—illi dedit Deus sortem Dei ipsius, fructuum partem decimam. ib.
Levitis attribuebatur nomen *cleri*. iii. 392:—quia de *hæreditate Dei* alebantur. ibid.
LEVIATHAN—homo artificialis. iii. Introduc.:—mole et robore naturali multo major. ibid.:—ejus generatio. iii. 131:—de illo quid dicit Deus. iii. 230:—mortalis est. ibid.:—legibus Dei obedire debet. ibid.
in tractatu *Leviathan* nihil invenitur neque contra sensum Scripturæ, neque contra leges patriæ civiles aut ecclesiasticas. iii. 507:—a sententiis theologorum singularium multis in locis abiit. iii. 508:—ejus scopus unicus, demonstrare prætextu nullo legum violationem excusari posse. ibid.:—partis primæ et secundæ summa. ibid.:—in parte tertia explicantur quinam sint articuli ad salutem necessarii. ibid.:—in parte quarta patefiunt consilia astuta adversariorum ecclesiæ Anglicanæ. ibid.:—tractatus quo tempore sermone Anglicano conscriptus. iii. 509:—ejus doctrina parum tunc profuit, sed tamen aliquid. ibid.:—quamobrem eum Latine extare voluit author. ibid.
prodiit Anglicano sermone scriptus, quo anno. iii. 559:—continet pars singula paradoxa quædam, et philosophica et theologica. ibid.:—et multa contra potestatem Papatus. ibid.:—ex eo apparet authorem existimasse causam belli civilis quod tum gerebatur, dissensionem fuisse circa quæstiones theologicas. ibid.
timor potentiarum invisibilium etc. religio est, idem hoc dicitur ab Ecclesiaste et a Psalmista. iii. 563.
LEX—naturalis, quid. ii. 169, 316, 331. iii. 102, 254:—*jus* et *lex*, quomodo differunt, iii. 102.
proprie dicta, est *vox imperantis*. ii. 198. iii. 122.
est quædam recta ratio. ii. 169.
leges naturales, nisi legibus civilibus et potestate coercendi præexistentibus observari non possunt. ii. 132:—ab unico rationis dictamine, conservatione sui, derivantur. ii. 194:—quo minus cognoscantur, quid impedit. ibid.:—obligant in *foro interno* tantum. iii. 121.:—in foro *externo*, quando. ii. 195. iii. 121:—nemini observandæ, ubi non omnibus observantur. ibid. ibid.:—violantur quandoque facto

legibus consentaneo. ibid. ibid.:—sunt immutabiles et æternæ. ii. 195. 297. 314. iii. 203, 227. 234. 549:—earum finis *pax et defensio*, et media *animi quædam virtutes*. nulla lege civili abrogari possunt. ii. 196:—eas implere qui conatur, justus est. ii. 196, 209. iii. 121, 127:—earum scientia, sola et vera ethica. iii. 122:—faciles sunt observatu. ii. 196, 208. iii. 121:—non statim ut cognitæ sunt, securitatem cuiquam præstant ipsas observandi. ii. 209:—passionibus naturalibus sunt contrariæ. iii. 127:—publicatione vel promulgatione non indigent. iii. 200.

in hoc unico præcepto, *quodcunque vultis ut faciant vobis homines, id vos facite aliis*, continentur leges naturæ. iii. 200.

lex naturæ fundamentalis. ii. 170:—eadem est summa legis divinæ. ii. 200.

naturæ secunda, eadem cum illa Evangelii, *quicquid vobis fieri vultis, id facite aliis*. iii. 103:—vel cum illa omnium gentium, *quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*, iii. 103, 211.

qui ad sui conservationem pertinere prætendit quod revera pertinere non putat, contra leges naturæ peccat. ii. 165, n.

naturalis, non est consensus hominum, sed dictamen rationis. ii. 168–70, 193, 200:—est ratio. ii. 199.

naturalis, definitio quædam, *id in quod consentiunt omnes vel sapientissimæ vel eruditissimæ gentes*. ii. 168:—alia, *id in quod consentit totum genus humanum*. ii. 169:—neutra recipienda. ibid.

legum naturalium violatio omnis in ratiocinatione falsa consistit. ii. 170, n.

qui sunt illi qui leges naturæ volunt esse præcepta illa quæ ducunt ad felicitatem

[redacted]

naturalis, æternitas e Scripturis confirmata. ii. 207.

regula per quam statim cognosci potest an aliquid sit contra legem naturæ, necne. ii. 208.

sub nomine legis non comprehenditur ea pars doctrinæ Christianæ quæ *fidei* est. ii. 206:—lex Christi tota, naturæ doctrina est. ibid.:—leges feruntur neque de opinionibus neque de fide. ibid.

inter arma leges silent, verum est non modo de lege civili, sed etiam de naturali. ii. 210:—hæc exerceri non potest sine securitate. ibid.

natura fortior est legibus. iii. 74.

lex naturæ prima. ii. 170. iii. 103:—secunda. ii. 181. iii. 103:—tertia. ii. 186. iii. 111:—quarta. ii. 186. iii. 116:—quinta. ii. 187. iii. 117:—sexta. ii. 188. iii. 117:—septima. ibid. ibid.:—octava. ii. 189. iii. 118:—nona. ibid. ibid.:—decima. ii. 190. iii. 119:—undecima. ibid. ibid.:—duodecima. ii. 191. iii. 119:—decima tertia. ibid. ibid.:—decima quarta. ii. 191. iii. 120:—decima quinta. ibid. ibid.:—decima sexta. ii. 192. iii. 120:—decima septima. ibid. ibid.:—decima octava. ibid. ibid.:—decima nona. ii. 193. iii. 120:—vigesima. ii. 193.

ad totam legem naturalem perdiscendam, quid opus est. ii. 194. iii. 121.

lex naturæ prima, *de communitate omnium rerum abolenda*, e Scripturis confirmata. ii. 201:—secunda, *de servanda fide*, item. ibid.:—tertia, *de gratitudine*, item. ibid.:—quarta, *de exhibendo se commodo*, item. ii. 202:—quinta, *de misericordia*, item. ibid.:—sexta, *contra ultionem*, item. ii. 203:—septima, *contra contumeliam*, item. ibid.:—octava, *contra superbiam*, item. ibid.:—nona, *de modestia*, item. ii. 204:

[redacted]

ficit consensio, sive societas contractâ, sine potestate aliqua communi. ii. 213. iii. 130.
legum civilium definitio. ii. 122, 313, 315. iii. 196-7, 381:—esse civitatis Romanæ, quid. iii. 196.
princeps jure, non tamen sine legum naturalium violatione, cives in paucorum gratiam spoliabit. ii. 224, n.
peccant contra leges naturales, qui, etsi jure a summo imperante concesso, eum interficiunt qui mandatum inhonestum exsequi negant. ii. 226-7.
ex legibus civilibus cognoscitur quid sit *furtum, homicidium, adulterium, injuria*. ii. 229.
lex civilis restringitur hodie ad significandum leges Romanas antiquas. iii.136,196.
si quid in *populo* vel *curia optimatum* contra legem naturalem decretum sit, qui sunt qui peccant. ii. 243 :—in *monarchia*, monarcha ipse peccat. ibid.
naturalis præceptum est de honorandis parentibus, sub titulo *pactionis*. ii. 258.
monarcha tenetur lege naturali ad omnia quæ ad pacem necessario conducunt. ii. 261.
in cœtu, leges tanquam super undas huc et illuc fluctuant. ii. 275.
civiles, vincula sunt artificialia. iii. 161. —eadem ad labra summum imperium habentis, et ad aures subditorum, quomodo alligata. ibid. :—quamvis fragilia, a periculo tamen quo frangantur satis tenacia. ibid.
Græci veteres quare legem nominaverunt νόμον. iii. 186.
ignorantia legis non excusat. iii. 191, 211:—non potuisse legem cognoscere, excusat. iii. 216, 547:—legi essentiale est ut cognoscatur, et ipsa et legislator. ii. 320:—non ut perpetuo, sed ut semel cognita fuerit. ibid. :—ad eam cognoscendam necessaria sunt promulgatio et interpretatio. ibid. :—lex non est, ni voluntas legislatoris declaretur. ii. 320. iii. 547 : —id quod fit promulgatione. ibid. ibid.: —in ejus promulgatione duo constare debent, quod procedat a summo imperante, et ipsa legis sententia. ii. 321:—legis promulgatæ testimonia.ibid.:—leges, nisi cognitæ, non obligant. ii. 194:—legis ignorantia excusat, quando. iii. 549.
legis naturæ et civiles in eadem civitate se mutuo continent. iii. 198:—sunt non diversa genera, sed diversæ partes. ibid.: —quarum hæ scriptæ, illæ non scriptæ. ibid.
naturalis, est omnis virtus moralis. iii. 190:—fit civilis, quando. ibid.
leges a quantocunque civium numero sine consensu summæ potestatis mutari non possunt. iii. 199.
contra rationem esse non potest. iii. 199: —est non littera scripta, sed legislatoris intentio. ibid.:— non dependet ex jurisprudentia alicujus in legibus periti. ibid.
civiles, iis solis sunt leges quibus declaratæ fuerunt. iii. 200, 547. ii. 320 :—non iis qui quid sit justum et injustum, non intelligunt. iii. 200.
servi vincti, si dominum interfecerint, nihil faciunt contra leges naturales.ii.251.
quæ signa ad legem promulgandam idonea censenda sunt. iii. 200. ii. 333 :—qui legem civitatis suæ non satis promulgatam violaverit, excusabitur. iii.212. ii.333.
lex quæ cives omnes obligat, nec scripta est, lex naturæ est. iii. 200:—si non omnes, sed certum genus obliget, nec sit scripta neque promulgata, lex naturæ est. ibid.
omnes non promulgatæ leges naturales sunt. iii. 200:—aliarum omnium de essentia est ut promulgentur. iii. 200, 212, 255. ii. 320, 333.
leges, temporibus antiquissimis, memoriæ causa carmine conscribebantur. iii. 201. ii. 322.
quibus signis indiget lex, quod a summa potestate profectam esse cognoscatur. iii. 201.
quæstiones legis naturalis et legis civilis, quomodo explicandæ. iii. 201.
qui dubitat bonumne an malum quidvis sit, et tamen facit, legem contempsit. iii. 201.
legum interpres is est qui summam habet potestatem. iii. 202, 376:—non doctores vel scriptores moralis philosophiæ. ibid.: —neque qui in legem commentarios scribit. iii. 204 :—interpretatio est legis facto applicatio. iii. 202:—interpretatio illa lex est illis inter quos lege agebatur, non civibus universis. iii. 203.
leges naturæ omnium sunt difficillimæ, et maxime opus habent interpretatione. iii. 202 :—interpretatio iniqua per authoritatem summam tacite approbata, in legem transire non potest. iii. 203.
lex scripta nulla nisi ex ipsius causis finalibus intelligi potest. iii. 202.
in civitate constituta authoritas, non veritas, legem facit. iii. 202.
legistarum axioma, *nulla probatio contra præsumptionem legis*, iniquum est. iii. 204.
inter verba et sententiam legis, recte distinguitur. iii. 204:—si verba sententiam æquam non suggerant, quid consulendum. iii. 205.
divisio legum. iii. 205-9. ii. 315:—leges

naturales et *positivæ*. iii. 206. ii. 316:—*humanæ* et *divinæ*. iii. 206. ii. 315:—*distributivæ* et *pœnales*. iii. 205–6:—*fundamentales* et *non-fundamentales*. iii. 209:—naturalium, in leges *singulorum hominum* et *gentium*. ii. 316:—in *scriptas* et *non-scriptas*. ii. 322. iii. 198:—civilium, in *sacras* et *seculares*. ii. 316:—in *distributivas* et *vindicativas*. ii. 317.
authoritas leges divinas declarandi, unde cognoscenda. iii. 207:—lex divina habenda est quicquid, legi naturæ non contrarium, pro tali a lege civili declaratum sit. iii. 207-9.
lex civilis et *jus* civile, male promiscue usurpatæ. iii. 209:—lex *vinculum*, jus libertas est. ii. 315. iii. 209.
in transgressione legis, quid inest. iii. 210:—legis naturæ transgressio, peccatum semper est. iii. 211.
a quibus causis leges parvi penduntur. iii. 213:—a potentibus perrumpuntur, quibus vulgus implicatur. ibid.
non amplius lege civitatis obligatur bello captus, vel in manibus hostium utcunque existens. iii. 216.
facta contra legem authoritate aliena, contra authorem ipsum excusantur. iii. 216.—non contra civitatem. ibid.
unusquisque passionum suarum irregularitatem per legum meditationem corrigere debet. iii. 219.
lex ipsa minus potens est ad actiones civium regendas, quam exempla principum. iii. 220.
leges componuntur non ad civium singularium, sed ad humani generis sensum generalem. iii. 222.
qui legem sine pœna scripto definita violat, pœnam arbitrariam expectat. iii. 225.
[redacted]
legum finis, quid. iii. 249.
certamen inter legum scriptores et advocatos. iii. 250.
lex quæ homines ante jura civilia dirigebat, eadem civitatibus dictare intelligitur. iii. 253.
cives, legibus divinis ignoratis, quomodo in peccatum vel legis transgressionem incidere proni erunt. iii. 254:—illæ quibus modis promulgantur. iii. 255.
cognitio legis, dependet a cognitione summæ potestatis. iii. 254.
leges divinæ quæ spectant ad cultum divinum naturalem. iii. 257-62. ii. 337:—legibus naturæ obedire, cultus omnium optimus. iii. 262.
in Scripturis Sacris definitum est, quas leges rex Christianus constituere non debet. iii. 270.
lex quam Deus a regibus populi Israelitici futuri legendam esse jussit, quæ est. iii. 272.
leges quibus malo doctrinarum pravarum obviandum est, non in errantes, sed in ipsos errores constituendæ sunt. ii. 303.
lex quomodo differt a consilio. ii. 312:—confunditur cum *consilio*, cum *pacto*, cum *jure*. ibid.:—quomodo differt a pacto. ii. 313.—quomodo a jure. ii. 315.
pœnitemini, *baptizamini*, et similes formulæ, non sunt leges. ii. 385.
leges inferiores libertatem a superioribus relictam restringere possunt. ii. 315:—ampliare non possunt. ibid.
lex gentium, vulgo *jus* gentium appellatur. ii. 316:—juris gentium, et legis naturæ, præcepta eadem sunt. ibid.
humana omnis, civilis est. ii. 316.
distributivæ et vindicativæ, non sunt legum *species* sed *partes*. ii. 317:—lex, si
[redacted]

naturalis a civili distinguatur, quatenus voluntati præcipit. ii. 322:—quod ad actiones attinet, civilis est. ibid.
in omni casu legibus scriptis prætermisso, lex æquitatis naturalis sequenda. ii. 323.
civilis, pœnas de iis exigit, qui scienter leges naturales facto transgrediuntur. ii. 323.
qui leges implere cupientes contra eas faciunt, viri *boni* sunt. ii. 325:—illi quorum ingenia adversa sunt legibus, etiam quando non peccant, *mali.* ibid.
non rebellabis, quare lex talis nihil efficeret. ii. 328.
responsio illis qui dicunt, *facta contra legem civilem expiari, si pœnam volentes subeant.* ii. 329-30:—sensus quo legis verba intelligi possunt, duplex, alter, *non facies, qui facit pœnas dabit*, alter *non facies nisi pœnas velis solvere.* ii. 329:—utro sensu accipienda lex, ab arbitrio dependet imperantis. ii. 330:—si de sensu dubitatur, peccatum erit si facimus. ibid.
leges nullæ regni Dei populo ulli per revelationem promulgatæ. ii. 333:—lex Dei scripta, ante Decalogum, nulla. iii. 377-8.
leges Dei, in regno naturali, quæ sunt. ii. 337:—leges naturales esse leges morales, et illas quas ratio dictat circa cultum divinum. ibid.:—circa Dei attributa, quænam sint. ii. 340.
id quod lex imponit, ad bonum imperantis, id est, ad bonum publicum imponitur. iii. 415.
quas fecerit rex in civitate sua leges ecclesiasticas, eædem sunt civiles. iii. 417.
qui legibus obedire obligantur, leges ipsas examinare non debent. iii. 418:—legibus civilibus obediendum esse, tum Apostoli tum Christus ipse passim docuerunt. iii. 420.
leges naturæ juris et injuriæ principia meliora sunt, quam doctorum verba. iii. 422.
quænam leges Judæis a Deo propositæ sint. ii. 358:—illarum per Mosen traditarum, aliæ naturaliter obligant, aliæ ex vi pacti initi cum Abrahamo. ibid.:—aliæ ex pacto postremum inito cum ipso populo. ibid.:—*volumen totius legis*, in Arcæ latere reponebatur. ii. 359:—hæ leges mutari poterant. ibid.
ubi legibus locus non est, ibi neque peccato. ii. 383.
leges a Deo datæ sunt, non ut in cœlo, sed ut ad cœlum dirigamur. ii. 383:—omnes in præcepta duo, *dilige Dominum Deum tuum in toto corde tuo*, et *diliges proximum tuum sicut teipsum*, contractæ. ii. 384:—leges omnes quas Christus interpretatur, continentur ubi. ibid
circa *Legis Librum*, quid voluit observari Deus. iii. 410.
distinctio inter leges *civiles* et *canonicas*, unde. iii. 453:—quod in civitate *lex*, in ecclesia *canon*. ii. 126:—leges canonicæ sunt acta Pontificis in dominiis propriis. iii. 453:—non erant leges ante imperii translationem in Carolum Magnum. ib.:—imperatores quare eas pro legibus admittere coacti sunt. ibid.
legum divinarum Judæis prima fuit hæc, ne deos gentium colerent. iii. 482:—secunda, ne ipsi facerent sibi *imaginem* quam colerent. ibid.
quare a legibus scriptis, non a conscientiis suis homines quæ facienda, quæ fugienda sint discunt. iii. 548.
leges humanæ in contumaciam tantum animadvertunt. iii. 557.
leges, quid sint. iv. 231.

LIBER - quando dicitur, liberum esse alicui arbitrium aliquid faciendi, quid intelligendum. ii. 95.
liber proprie, quid est. iii. 159:—liber et libertas improprie, quid. iii. 159-60.
quæstiones de *libero arbitrio*, de *justificatione*, de *modo recipiendi Christum in sacramento*, philosophicæ sunt. ii. 432.
negato *libero arbitrio*, sequitur, ut dicunt Scholastici, Deum esse peccati authorem. iii. 501.
libri sacri, qui sunt. iii. 270.
libri illi soli *Canonici* sunt, qui summi imperantis authoritate lati sunt. iii. 270:—nulli pro Scriptura Sacra agnoscendi, præter eos quos sancivit ecclesia Anglicana. ibid.
de libris Testamenti Novi, controversia inter ecclesias Christianas nulla. iii. 271.
librorum sacrorum scriptores qui fuerint, ostendi non potest. ibid.:—quo fere tempore quisque scriptus fuerit, ex ipsis libris ostendi potest. ibid.:—eorundem authoritati non parum addit, quid. iii. 277:—conspirant illi ad unum et eundem scopum, quem. ibid.
liber aliquis an in Canonem recipi mereatur, quomodo judicandum. iii. 276-7:—authoritate cujus recipiendus. iii. 277.
Josuæ, Judicum, Ruth, et *Samuelis* libri, quid narrant. iii. 277.
libri scripti a civibus Romanis, quales. ii. 115.

LIBERALITAS—quid. iii. 44:—eam facit non quantitas dati, sed causa donandi. ii. 198. iii. 122.

LIBERI—subjiciuntur patribus non minus quam servi dominis et cives civitati. ii. 258.

LIBERTAS—est impedimentorum externorum absentia. iii. 102 :—absentia impedimentorum motus. ii. 259. iii. 159 :—dicitur etiam de rebus irrationalibus et inanimatis. iii. 159 :—differt a potentia, in quo. ibid.

libertas facultatibus naturalibus secundum rectam rationem utendi, id est quod *juris* nomine significatur. ii. 163.

ubi desinit, ibi incipit obligatio. ii. 174.

libertas quid, et servitus quid sit, a nullo scriptore explicatum. ii. 259.

ejus impedimenta sunt *absoluta* vel *arbitraria*. ii. 259.

civilis, est multis viis se movendi potestas. ii: 259 :—propria imperantium, qualis. ii. 260.

qui libertatem propter suam omnia agit arbitrio suo, propter libertatem aliorum omnia patitur arbitrio alieno. ii. 264-5.

in democratia non plus libertatis est, quam in monarchia. ii. 271.

Libertas, portis murisque urbis Lucæ inscripta, non est cujuscunque *civis*, sed civitatis libertas. ii. 271. iii. 163 :—ea de qua in Græcorum et Romanorum libris tam magnifica fit mentio, item. iii. 162.

et *metus*, quomodo in eadem actione simul consistere possunt. iii. 160 :—libertas et *necessitas*, simul consistere possunt. ibid.

ad quas actiones civis libertatem habere dicitur. iii. 161, 165 :—libertas civilis non impedit quin imperans vitæ et necis civium arbiter sit. iii. 161.

libertatem a carcere et catenis absurdissime flagitarent hodie rebelles nostri. iii. 161.

illa civitatum inter se, eadem est quæ inter homines in statu naturæ. iii. 162.

ejus nomine facile decipiuntur homines.

[redacted]

lege relicta est. ibid. :—ejus mensura ex bono civitatis capienda. ii. 309 :—ad libertatem civibus necessariam pertinet, ut quæ jura legibus sibi quisque concessa habet, iis sine metu frui possit. ii. 310.

arbitrii libertas, est contra opinionem Calvinistarum. v. 269.

LINEA—ea, superficies, et solidum, *tanta* dicuntur, id est, æqualitatis et inæqualitatis capacia sunt primario et natura sua. i. 23 :—eadem quibus modis exponuntur. i. 124 :—rectæ, definitio et proprietates. i. 153 :—ejus magnitudo quomodo æstimatur. i. 154 :—si termini ejus in aliquo existant plano, tota est in eodem plano. i. 158 :—rectæ, ut in plano, proprietates. ibid. :—curvæ definitio. i. 154 :—rectæ et curvæ, comparationes. i. 154-5 :—curvarum species. i. 156 :—circularis definitio et proprietates. i. 158 :—contingentium, definitio. i. 159 :—perpendiculares, quæ. i. 162 :—quali lineæ rectæ fractione fit circuli circumferentia. i. 167 :—rectæ in circumferentiam circuli recurvatio, qua ratione determinatur. 169 :—lineæ parabolicæ datæ æqualem exhibere rectam. i. 227 :—lineæ datæ curvæ parabolastri primi, sive parabolæ cubiformis, rectam invenire æqualem. i. 229 :—methodus generalis de lineis rectis inveniendis cæteris ex genere parabolico curvis lineis æqualibus. i. 230.

visualis, quænam sit. ii. 8 :—quæ inde consequuntur oculis vulgaribus. ibid. :—visuales, se mutuo secant omnes in centro retinæ. ii. 9 :—subtiles, et superficierum termini, confuse apparent. ii. 12.

potest esse tam parva, et objectum irradiari sub tam parvo angulo, ut nulla

[redacted]

qui lineas consideratas sine latitudine multiplicat, is non facit planum sed numerum linearum. iv. 295.—qui lineam rectam in lineam ducit, non facit numerum linearum, sed superficiem planam. ibid.
lineæ rectæ definitio Procli, Platonis, Archimedis, et Campani. iv. 395.
linea sine latitudine, maxima geometriæ pernicies. v. 206.

LINGUA—linguarum diversarum origo. i. 14. ii. 90.

LITERÆ—bonum, quia jucundum. ii. 100:—utiles, quare ibid.:—qui literis student, animi sui virtutem in scientia spectant, tanquam in speculo. ii. 112.
eas quis invenit, ignoratur. iii. 21:—eas primus in Græciam intulit Cadmus. ibid.:—earum inventio utilissima et difficillima, quare. ibid.
homines, sine literis, non fieri solent neque insigniter sapientes neque insigniter stulti. iii. 28.

LIVIUS—si illi non credamus, dicenti locutam esse bovem, non Deo sed Livio diffidimus. iii. 54.

LOCUS—ejus definitio. i. 62, 93:—locum esse immobilem. i. 93:—in quibus a magnitudine differt. ibid.:—phantasma est corporis cujuscunque tanti et sic figurati. i. 93, 94:—phantasma esse faciunt ii qui naturam ejus in spatio reali collocant. i. 94:—ejus natura non in superficie ambientis, sed in solido spatio consistit. ib.
planus, quis vocatur. i. 255:—*solidus*, quis et quare. ibid.
loco cedere in re cupita, honorare. iii. 70.
reproborum locus, quis sit neque in Veteri neque in Novo Testamento definitur. iii. 326:—indicatur tamen. ibid.:—in Scripturis vocatur plerumque *inferi*. ibid.:—sæpe per *ignem* et lacum ignis significatur. iii. 327:—a Græcis, ἅδης. iii. 326:—a Judæis significabatur per *locum* Gigantum. iii. 327:—et σκότος ἐξώτερόν. iii. 328:—et *Gehenna*. ibid.:—et *ignem perpetuum*. ibid.:—non est certus aliquis locus, sed nomen cujuscunque perditionis appellativum. iii. 327:—quæ de illo loco in Scripturis dicuntur, dicuntur metaphorice. iii. 328.

LOGARITHMI—eos non algebræ ope invenit Neperus. iv. 9:—illorum inventor, Neperus. iv. 142:—excultor, Briggius. ibid.:—invenit Neperus, quomodo. iv. 143.

LOGICA—vera, quomodo discenda. i. 49:—eloquentiæ pars est qualis. ii. 294:—veræ, exemplar optimum traditum nobis a veteribus. i. epis. dedic. Com. Devon.
logica, quid. iv. 29.
logici quomodo addere et abstrahere solent in consequentiis verborum. iii. 32.
λογίζεσθαι, quid. i. 5.

λόγος—apud Græcos quid significat. iii. 28:—appellatio Christi. ii. 199:—verbum Dei. iii. 298, 299.

λογομαχία—non est disputatio quæ non est. iv. 15:—illo verbo scriptores ignorantiam suam tegere volunt. ibid.

LONDINENSES—Cœtus Londinensium, quomodo colonias ad Virginiam et Bermudam emissas administravit. iii. 175.

LUCCA—*Libertas* portis murisque illius urbis inscripta, quid vult. iii. 163.

LUCIANUS—homo blasphemus, sed bonus author linguæ Græcæ. iii. 540:—περὶ αἱρεσέως scripsit. ibid.
philosophos facete, sed merito deridet. v. 148. i. ep. ded.

LUCRETIUS—ejus argumenta pro vacuo, invalida. i. 339–42:—argumentum quartum demonstratio erit, nulla corpora ulla vi diffringi posse. i. 342:—idem invalidum. i. 387.

LUMEN—ejus generationis explicatio. i. 69, 364, 368, 404:—soni et luminis diversa generatio. i. 404:—est mutatio motus vitalis, quo motu facta. i. 70.
lumen, color etc., phantasmata sunt sentientis, non objecti accidentia. i. 329:—phantasma est, non res existens. iii. 514.
ideam ejus nullam omnino habent a nativitate sua luce oculorum penitus destituti. iii. 450:—lumen majus imaginari nemo potest, quam aliquando ante viderit. ibid.
Luminarium duorum, majus Papam, minus Regem significat, ut dicunt Pontificii. iii. 463.
inter reflexionem luminis et pilæ, quæ differentia consideranda. iv. 352:—causa luminis reflectionis, est pressio aeris. ibid.:—illam pressionem efficit sol, vel aliud corpus lucens. ibid.:—conatus est in contrarium in reflectente. ibid.
refringitur quomodo. iv. 355:—actio per quam fit lumen, omne corpus permeat. iv. 356:—corpora quædam lumen non permeat, quare. ibid.
lumen de lumine, in Symbolo Niceno quid significat. iii. 514–16.

LUNA—ejus motus simplex, unde demonstrabilis. i. 350, 351:—facies terræ semper obvertitur eadem, qua causa. i. 354-6. iv. 316:—quando extra eclipticam est, non eandem præcise faciem semper videmus, quare. i. 356:—circuitum menstruum facit in quot diebus. i. 357.
luna et stellæ quare apparent in horizonte rubicundiores et majores quam

in medio cœlo. i. 376. ii. 26, 62:—quomodo fieri potest, ut luna eclipsin pateretur, nec videretur tamen soli diametraliter opposita. i. 393:—quare interdiu dilutior minorque apparet quam noctu. i. 26.

Lutherus—ignorantia doctorum Romanorum ab illo detecta, magnam partem Romanæ religionis abolevit. ii. 128:—illius scripta edita quid sequutum est. iii. 545.

Lux—calefacit, quo modo. i. 365:—ejus distinctio in primam, secundam etc., i. 374:—fortissima, est etiam candidissima. i. 377:—cur radii plures a quibusdam corporibus quam ab aliis reflectuntur. i. 379:—ejus splendor effectus est actionis vehementis. ii. 25.

objectum vocatur *lucidum*, propter quod. i. 365.

ut aliquid *lucere* possit, non requiritur ut tantæ magnitudinis sit vel talis figuræ, neque etiam ut totum corpus e loco suo egrediatur. i. 69.

lucis et caloris causæ quæ sint. iv. 279, 328:—lucis apparitio fit ante oculos fricando, premendo, vel percutiendo oculum. iv. 328:—id unde nascitur. ibid.:—phantasia est. ibid.

corpora lucida habent omnia motum *circularem simplicem*. iv. 329.

lux magna in intellectu, vox metaphorica, non argumentativa. v. 270:—potest esse causa quare quis obstinate opinionem aliquam defendat, non quod sciat eam esse veram. ibid.

Luxuria—nomine *Cupido*, deus ethnicus. iii. 90.

Macedonius—illius hæresis, negantis di-

[redacted]

periculo mortis aut vulnerum est virtus bellica. ibid.

Magnes—ejus virtutis causa. i. 427.—quod ejus puncta eadem eosdem semper spectent terræ polos, causa possibilis. i. 428:—in fodina longo tempore existens, cur retinet conatum redeundi in eundem situm. i. 429:—si ferro affricetur, quid virtutis inde acquirunt ambo. i. 429:—ejus virtus qua causa per spatium corpore quantumvis duro plenum propagatur in infinitum. i. 430:—ejus vis, quando erit cognita, invenietur esse motus corporis. i. 351.

cui virtutem terræ magneticam attribuit Keplerus. i. 354.

ferrum motu *circulari simplici* ad se trahit iv. 357:—quare dum natat non quiescit, donec se in Meridiano collocaverit. iv. 358.

terram esse magnum magnetem, Gilberti opinio. iv. 358.

ejus virtus oritur ab habitu in ipsa minera longissimo tempore acquisito. iv. 358:—qualia phænomena ab unione motuum oriri possunt. iv. 359.

acus magnete excitus, si libere pendeat intra Recipiens, quare sequitur motum ferri circumducti extra Recipiens. iv. 267.

Magnificatio—quid. iii. 50.

Magnitudo—quid sit. i. 93:—magnitudo magnitudini, corpus corpori etc., adjici adimique potest. i. 4:—objectorum magnitudines et figuræ apparentes, phantasmata sunt. i. 53.

apud philosophos sumitur absolute pro extensione. i. 100.

magnitudinum ratio inter se, in quo consistit. i. 101:—si sint quatuor inæquales, sint autem duæ simul duabus reliquis simul æquales, maxima et minima erunt

[redacted]

μακαρισμὸς—quid significat. iii. 50, 258.
MALACHIAS—propheta. iii. 275.
MALEDICTIONES—et jurationes, quomodo passiones significant. iii. 49.
MALEFICÆ—propter nocendi voluntatem et nefarium cultum non immerito puniuntur. ii. 127. iii. 13.
MALITIA—soli Deo punienda. iii. 548.
MALUM—et turpe, qua ratione dicuntur de eodem. ii. 97:—boni et mali, species tres. iii. 42:—eorum natura sequitur rerum συντυχίαν. ii. 97.
nemo est gratis malus. iii. 503.
videre malum alienum, jucundum. ii. 100:—similibus malis assueti, quare magis sunt misericordes. ii. 109.
ut aliquis in malis alienis sibi placeat sine alio fine, impossibile est. iii. 47.
malum inflictum, nisi publica antecedat condemnatio, pœna non est. iii. 224:—a quocunque inflictum sine authoritate a civitate concessa, item. ibid.:—absque concilio cives reformandi, item. ibid.:—si minus sit quam bonum quod crimen naturaliter sequitur, item. iii. 225:—majus quam pœna lege ipsa præscripta, item. iii. 224. ii. 309, 310:—ob factum nondum lege vetitum, item. iii. 224:—in personam civitatis, item. ibid.:—hosti manifesto, item. ibid.:—in reum antequam condemnetur, plusquam custodiæ necessarium est, item. iii. 227:—in hominem innocentem, non est contra leges naturæ quando. iii. 228:—malum actioni cuivis adhærens naturaliter, item. iii. 224.
quare malis secundæ res, bonis adversæ contingunt, quæstio vetustissima. iii. 256. ii. 335:—eadem non modo vulgi, sed philosophorum et etiam sanctorum fidem concussit. iii. 256-7. ii. 335.
MANDATUM—quid. ii. 313:—qui mandatis cujusquam obedire ante obligatur quam quid imperaturus sit sciat, tenetur ad omnia mandata simpliciter et sine restrictione. ii. 250:—a mandato, *non occides, non mœchabere* etc., quid prohibetur. 386.
MANICHÆI—soli hæreticorum lege imperatoria necandi. iii. 552:—non tam pro hæreticis, quam pro fictis Christianis et sceleratis habendi. ibid.
MANLIUS—iii. 238.
μανθάνω—ejus significatio. v. 205.
MANUMISSIO—quid. ii. 252:—idem ac emancipatio. ii. 258.
MANUS—ritus manuum impositionis, quid significabat. iii. 357, 399:—erat imitatio quædam Mosis. iii. 358:—apud Judæos ceremonia antiquissima. iii. 399:—illa usus est Christus. iii. 400:—et Apostoli, et presbyteri, et ipsum presbyterium in pastores constituendo. ibid.:—etiam eidem pastori manus imposuere sæpius. ibid.:—illius ceremoniæ finis, erat personæ designatio exacta et religiosa. ibid. quare apud Judæos illi soli blasphemo manus imponere jubebantur, qui illum audierant, ac non potius sacerdos vel justitiæ minister aliquis. iii. 400.
manuum, in benedicenda tota simul congregatione, elevatio. iii. 400.
eas imponebant aut episcopi aut presbyteri. iii. 401:—diaconi munus non fuit. ibid.
earum impositio homini docendi et baptizandi potestatem jam habenti, quid contribuere potuit. iii. 401:—summo imperanti potestatem novam contribuere potuit nullam. ibid.
MARCHIO—honoris titulus. iii. 75-6.
MARE—a vento crispatum, cur nigrescit. i. 378.
qua causa totius maris fremitus in litore existenti sentitur, duorum fluctuum collisio non item. i. 397:—in medio mari, pars unaquæque fremitui maris non minus contribuit, quam alia pars quæcunque ejusdem magnitudinis. iii. 60.
MARIA—sub Maria regina, multi hæretici combusti erant. iii. 546.
Virgini, locutus est Deus per visionem. iii. 309.
MARIUS—iii. 238.
MARTYR—proprie is, qui resurrectionis Jesu Christi testis est. iii. 363:—quod alii proprie martyres non sunt, manifestum est ex verbis Petri. ibid.
martyrum, alii vocati et missi, alii non vocati. iii. 363:—hi mortem pati non obligantur. iii. 364.
qui ad unamquamque doctrinam sustinendam, privati hominis authoritate confisus, leges civiles violare ausus est, is longe a Christi martyris honore abest. iii. 364:—*Jesum esse Christum*, unicus articulus fidei est pro quo mori martyris nomen meretur. ibid.:—non mors, sed testimonium, martyrem facit. ibid.:—martyr non est, ni ad Christum prædicandum authoritatem legitimam habeat. ibid.
MAS—imperium in feminam sine bello acquirere non potest. ii. 256. iii. 152.
si maris et feminæ societas unio sit, ut alter alteri imperet universaliter, liberi sunt imperantis. ii. 257:—si neuter alteri imperet, matris sunt, ni pacto vel lege civili aliter statuatur. ibid.:—in civitate, si contractus sit legitimus, patris sunt. ibid.:—si concubinatus tantum sit, matris vel patris sunt varie, prout legibus provisum est. ii. 258.

Massilia—colonia Phocensium Æolorum. iv. 54.

Mater—obligationem *alendo* non *generando*, imponit. ii. 256. iii. 152:—eandem *exponendo* tollit. ibid. ibid.
matris bello captæ filius, capientis est. ii. 257:—si mater in potestate viri sit, filius patris est. ii. 257. iii. 152:—si imperium apud matrem est, matris est. ib. ib.

Materia—prima, quid. i. 105:—non est res aliqua. ibid.:—ei attribuitur neque forma, neque accidens, præter quantitatem. ibid.:—est corpus universaliter consideratum. ibid.:—in omni generatione et mutatione materiæ nomen semper manet. i. 104.
sunt qui in materiæ unitate individuitatem ponunt. i. 121:—homo non materia eadem est ab infantia usque ad senectutem, idem tamen homo. ibid.
materia quædam in carbonum puteis, inter aquam et aerem fere media. i. 425:—neque accensibilis. ibid.:—neque respirabilis. i. 426.
de quo dicitur. iii. 513.

Mathematica—pura, quæ. ii. 93:—mixtæ, quæ. ii. 94.
quare contra litigia scepticorum sola eminere recte dicitur. iv. 5:—quare mathematicæ habitæ sunt ab antiquis, et sic appellantur etiam hodie, illæ scientiæ solæ quarum subjectum est quantitas. iv. 22.
hominem sermonis sui intelligentem, eundemque a veris principiis probationem suam ordientem, in materia mathematica ut diu aut sæpe decipiatur, atque ita ut monitus in errore suo perseveret, impossibile fere est. v. 204-5.
veritas mathematica super filum ambulat [redacted]

Matthæus—sanctus, ejus scopus in describendo Evangelio, qualis. ii. 422. iii. 448.

Matthias—quomodo electus Apostolus. iii. 386. ii. 399:—præ Justo sorte ascriptus Apostolis. ii. 205.

Medea—illius consilio, Peliæ filiæ patrem suum dissecant et coquunt. iii. 243. ii. 296.

Medici—eorum præscriptum quo [illegible]rum. iv. 230.

Medius—si inter duas rectas interponantur mediæ, tum arithmeticæ tum geometricæ, numero infinitæ, hæ et illæ magnitudine non differunt. i. 210.
medium densum, rarum, homogeneum, heterogeneum, quid. i. 306.

μεγαλύνειν—magnificare. ii. 338.

Melancholia—insania qualis. iii. 59:—quomodo apparet. ibid.

Memoria—et sensio rerum, communes homini cum omnibus animantibus. i. 2:—eæ philosophia non sunt, quare. ibid.
aliqua necessario adhæret sensioni, quare. i. 320:—in memoria quid contingit simile ei quod in prospectu ad res longinquas. i. 325.
memoria et φαντάζεσθαι, in quo differunt. i. 324.
memoria et imaginatio, eadem res. iii. 9:—quamobrem diversis nominibus significata. ibid.
quantitatum meminisse sine sensibilibus et præsentibus mensuris, vel colorum sine sensibilibus et præsentibus exemplaribus, vel numerorum sine nominibus numeralibus, nemo potest. i. 11, 12.

Mens—nihil aliud præterquam motus in partibus quibusdam corporis organici. v. 258:—sine mente censendi sunt ii, qui machinas generationis et nutritionis satis perspexerint, nec tamen eas a mente [redacted]

METAPHORA—omnis, ex professo æquivoca. i. 20. iii. 31:—quid vox *metaphora* ipsa prædicit. i. 56:—vox metaphorica non est argumentativa. v. 270.
metaphoræ sunt ignes fatui. iii. 38:—in omni veritatis investigatione severa excluduntur. iii. 56.
METAPHYSICUS — verborum incohærentium connexio apud scriptores metaphysicos occurrit non minus sæpe quam oratio significativa. i. 27:—illorum errores crassi, unde originem trahunt. i. 30:—eorum locutio, *ens unum et verum idem sunt*, nugatoria et puerilis. i. 32.
qui subtilitatem quandam metaphysicam affectant, plerique verborum specie tanquam igne fatuo deviant. i. 97.
METEOROLOGICA—quid. iii. 67.
METHODUS—ejus et scientiæ definitiones. i. 58:—scientia est τοῦ διότι, sive causarum. i. 59:—omnis per quam causas rerum investigamus, qualis est. ibid.:—omni commune est, ut procedatur a cognitis ad incognita. ibid.:—propter rerum quæsitarum varietatem, modo analytica, modo synthetica, modo utraque adhibenda. i. 60-1:—ejus pars prima, qua principia inveniuntur, est pure analytica. i. 61:—a principiis inventis ad scientiam tendens simpliciter, quænam sit. i. 62:—inquirendi qualis motus quales effectus generet, compositiva est. i. 63:—methodus scientiæ civilis, ut et naturalis, a sensu ad principia scientiæ, analytica. i. 65:—a principiis rursum, synthetica est. ibid.:—methodo synthetica a primis philosophiæ principiis ad scientiam cupiditatum et perturbationum animorum pervenitur. ibid.:—inde, ad causas et necessitatem constituendæ civitatis, scientiamque juris civilis. ibid.:—analytica, sine geometria et physica, ad principia philosophiæ civilis perveniatur. ibid.:—quomodo. i. 65-6.
iis qui scientiam simpliciter quærunt, methodus philosophandi partim analytica, partim synthetica est. i. 66.
methodus quærendi, an res proposita sit materia an accidens. i. 66:—examinandæ quæstionis, an res cujus causam quærimus corpus sive corporis accidens sit. i. 67:—quærendi an accidens propositum sit in hoc vel illo subjecto. ibid.:—et methodus ista, quatenus analytica et quatenus synthetica est. i. 68:—methodus quærendi effectus propositi causam. ibid.:—inveniendi, in quo consistit usus vocabulorum. i. 70.
demonstrandi, synthetica est. i. 71:—et eadem erit quæ fuerat investigandi. ib.:—in quo consistit. ibid.
procedendi post definitiones, in demonstrando. i. 77.
geometrarum *logistica*, nisi ab iis in geometria versatis intelligi non potest. i. 79:—tres habet partes. ibid.
in æquationibus inveniendis, nulla. i. 80.
ea qua incipitur a definitionibus et exclusione æquivoci, quorum est. ii. 168.
plerique, propter methodi rectæ defectum, deviant in ratiocinando, et evagantur. i. 1.
METUS—invisibilium, religionis semen. ii. 106-7. iii. 45, 84:—revera talium quales accepimus, *vera religio*. iii. 45:—superstitio est, quando. ii. 352:—ille qui homines in causarum ignorantia quasi in tenebris comitatur, pro objecto habet *potentiam invisibilem*. iii. 86:—potentiarum invisibilium, metus est majoris potentiæ, potentiæ humanæ, major metus. iii. 110.
voce *metu*, quid intelligendum. ii. 161, n.:—metus mutui causa, in quo consistit. ii. 162.
in hominum metu tanto et mutuo, securitatis via qualis optima. iii. 98:—metus spectrorum, prognostica a somniis, si sublata essent, cives ad obedientiam multo magis quam nunc sunt eruditi essent. iii. 13.
aversio cum opinione damni secuturi. iii. 44. i. 333:—sine spe, odium dicendus. i. 334.
mortis et vulnerum, homines disponit ad obedientiam. iii. 78:—damni ab alio, ad anticipationem, vel ad parandos socios. iii. 80.
promissa metu mortis extorta, in statu naturæ valida esse. ii. 176. iii. 108-9.
quod alter alterius regimini se submittat, a metu mutuæ cædis procedit. ii. 176.
quomodo in eadem actione metus et libertas simul consistere possunt. iii. 160.
passionum omnium innocentissima. iii. 214:—solus homines a criminibus committendis prohibet. ibid.:—in crimen inducit aliquando. ibid.:—excusat, qualis. iii. 214, 215, 216:—Dei, non excusat crimina. iii. 215.
mutuus, societatis origo. ii. 158-62, 334.
MEYBOMIUS—contra eum Wallisii Tractatus Elenchticus. iv. 78, 156, 157:—vertit Euclidis illud, ποιὰ σχέσις, per *certa quædam relatio*. iv. 157:—rectius *rationem* definivit quam aut Wallisius aut Euclides. ibid.
quod *quantum* a *quoto* non distinguit, recte reprehenditur a Wallisio. iv. 158:—et ille et Wallisius, naturæ rationum ambo ignari. iv. 160.
MICROSCOPIUM—optimum, quale. ii. 85:—est telescopium inversum. ibid.:—ratio

illius quod componitur ex duobus dioptris convexis. ibid.
et telescopium, ex duobus vitris convexis, non fabrica differunt, sed usu. ii. 87:—ex uno solo dioptro constare possunt. ibid.
MILES—minister publicus non est, quare. iii. 183:—dux ita est, quare. ibid.
qui se militem conscribi jussit, non potest sine injustitia e prœlio fugere. iii. 166.
pauci magno exercitu circumventi, quid facere solent. iii. 155.
MILITIA—quod ad lucrum spectat, sicut alea est. ii. 307:—rem civium quandoque auget, sæpius attenuat. ibid.
jus militiæ solum, summa est potestas. iii. 137.
MINISTER—publicus, quis est. iii. 181-4. eorum aliquibus totius dominii, aliquibus partis tantum administrandæ cura committitur. iii. 182:—iisdem quatenus cives obedire tenentur. ibid.:—eorum alii domi, alii foris negotiorum curam habent. iii. 182-4.
ministri neque publici neque privati sunt (quamvis recepti sint), qui civitatis, seditione laborantis, factione legantur. iii. 184.
nullus homo singularis in cœtu ipso summam habente potestatem minister publicus est. iii. 184.
minister, Græce διάκονος, quis. iii. 390:—differt a servo, in quo. ibid.
MIRACULUM—faciunt duæ res, quod sit rarum, et quod non habeat causam naturalem. iii. 313:—erat arcus primus cœlestis, quia primus, et quia pro signo a Deo ostensus. iii. 314:—hodie, quia videtur sæpe, miraculum nemini. ibid.
revelationis divinæ certitudinem miracula non faciunt. iii. 207:—ipsa, non omnibus [redacted]
non est effectus virtutis alicujus in ipso propheta. iii. 316:—facere potest neque Diabolus, neque angelus, neque spiritus creatus quicunque. ibid.
incantatoris miraculum in eo consistit totum, ut impostor deceperit homines. 317:—cautela contra fidem miraculis temere adhibendam, qua melior esse non potest. iii. 318:—antequam miraculis aut prophetis ignotis fidem habeamus, consulendi summi imperantes quas doctrinas doceri permiserunt. ibid.:—ea quæ doctrinis novis prætenduntur, examinanda et secundum rationem summi imperantis de illorum veritate judicanda. ibid.:—si ille factum esse realiter dicat, miraculum agnoscendum est. iii. 319.
de iis quæ legimus aut fama accepimus, quæstio hodie est non utrum realiter facta sint, sed utrum non sint linguæ aut calami solius opera. iii. 319.
miracula et signa finem habent *fidem facere*, non *fidem servare*. iii. 345.
eorum operatio, unicum revelationis divinæ testimonium. iii. 95.
MISERICORDIA—ii. 109. iii. 49:—qua causa fere nemo eorum miserescit, qui æternum cruciari apud inferos dicuntur. ii. 110.
MISSÆ—privatæ, ad extinguendam fidem vivacissimam magnam vim habent. iii. 97.
MODESTIA—lex naturæ nona. ii. 189-90.
MŒSTLINUS—eclipsis lunæ ab illo observata anno 1590. i. 393.
MOLESTUM—quid. iii. 43.
MOMENTUM—quid. i. 181, 287.
MONACHI—quot habet is a quo dependent *societates*, tot habet subditos, quamquam in civitate hostium. ii. 431.
MONARCHIA—mixtam esse qualem, arbi- [redacted]

etc., e divitiis publicis ditandi sunt, in democratia multorum. ii. 268-9. iii. 144:—in ea, qui latere vult extra periculum mortis est. ii. 270.
monarchia democratia quatenus melior esse evincitur. ii. 275.
in ea, populus imperat. ii. 291:—rex est populus. ibid.
si monarchia aliqua *mixta* dici potest, etiam monarcha *mixtus*. iii. 404.
monarcha semper in potentia proxima est ad exercendum omnes actus qui ad imperium requiruntur. ii. 242. iii. 143.
factus sine temporis limitatione, potest successorem suum eligere. ii. 243. iii. 169.
ad tempus, qualis. ii. 244. iii. 146:—si post ejus electionem e cœtu unusquisque ita discesserit, ut de loco ubi post mortem ejus ad novam electionem congregarentur nihil ordinatum sit, is *summam potestatem* absolute habet. ii. 244-5. iii. 146-7:—si populus decretum prius fecerit de die et loco conveniendi, *imperium summum* manet in populo, *usus* ejus in monarcha ut usufructuario. ii. 245:—si populus tempora et loca conveniendi, vivente monarcha, statuerit, is pro primo ministro populi habendus est. ii. 245, 261. iii. 146:—si populo, injussu monarchæ declarati, non sit licitum iterum convenire, imperium ejus est absolute qui sic declaratur. ii. 245-6:—neque refert quod potuerit promittere se cives certis temporibus convocaturum, cum persona cui promissum est non jam extat. ii. 246.
ille, retento jure imperii, non intelligitur ullo promisso transtulisse jus in media ad imperium necessaria. ii. 247. iii. 168.
si subditi ejus pauperes, debiles sint, neque is magnus neque securus esse potest. iii. 143, 140.
monarcharum decreta quid inconstantiæ habent. iii. 143.
provincia quæ democratiæ aut optimatibus civitatis dominantis subjecta est, monarchice, non democratice aut aristocratice regitur. iii. 146.
monarcha intestatus, semper intelligitur velle fore sibi monarcham successorem. ii. 261. iii. 149:—et aliquem ex suis liberis. ii. 262. iii. 149:—et masculum potius quam feminam. ibid. ibid.:—et filiorum, natu maximum. ii. 262:—et fratrem, si prole careat, præ omnibus aliis. ii. 263. iii. 149.
sub monarcha quam sub populo, non minorem esse libertatem singulorum. ii.271.
præstantiæ monarchiæ signum, potestas ducum castrensis. ii. 277.
si monarcha moriatur sine cognatis cognitis, et sine hæredis declaratione, vel si hæredem habere nolit, cives redeunt ad libertatem absolutam. iii. 169:—si captus detineatur, imperium in civitate sua perdidisse non intelligitur. iii. 170.
rem communem monarchice quam aristocratice vel democratice administrari mavult naturaliter unusquisque, ubi ipse regiminis partem exercere non potest. iii. 175.
MONIMENTA—monimentorum sensibilium sive notarum ad memoriam necessitas. i. 11:—ni illa quæ invenerit sibi aliquis ad memoriam adjuvandam, communia quoque aliis sint, scientia ejus cum ipso peribit. i. 12:—eorum necessitas ad significandos animi conceptus. ibid.:—si communia sint multis, scientiæ augeri possunt. ibid.
MONOPOLIUM—duplum habent systemata mercatoria, quando. iii. 176:—utrumque mercatoribus ipsis lucrosum, civibus cæteris ex parte noxium. ibid.
MORALIA—causas habent in sensu et imaginatione. i. 64:—post physicam considerenda. ibid.
MORBUS—morbi epidemici nascuntur e corpusculis motum habentibus vitali motui sanguinis contrarium. ii. 5.
MORS—malorum omnium primum. ii. 98, 163, 177:—inter bona numerari potest, quando. ibid.
mortis, id est cessationis sanguinis, variæ causæ. ii. 5:—illius et morborum omnium unum opus, sanguinem impedire. ii. 6.
mortem impiorum *mortem secundam* appellat Evangelista, quare. iii. 328:—reproborum pœna est mors secunda. iii. 329, 467, 468, 522, 566:—ea quid est. iii. 330, 467:—morti secundæ non contradicit id quod dicitur de igne et cruciatibus æternis, et de verme conscientiæ. iii. 467.
doctrina hodierna, mortem æternam intelligendam esse vitam æternam, sed in cruciatibus. iii. 458.
verba Dei ad Adamum, *moriendo morieris*, quomodo explicat Athanasius. iii. 523:—idioma est Hebræorum. ibid.:—a verbis S. Pauli, *per peccatum unius hominis mors intravit in mundum*, quid sequitur. ib.
MOS—morum mensura lex. ii. 116:—omnis eorum virtus, in quibus continetur. ii.117.
boni, sunt ii quibus societas inita optime conservatur. ii. 118:—si boni virtutes, si mali vitia appellantur. ii. 116:—mores iidem quare ab his laudantur, ab illis culpantur. ibid.
mores illorum qui nimium biberunt. iii. 61.:—sunt suæ cujusque passioni congrui. ibid.

mores, quo sensu intelligendi. iii. 77.
mos erat hominibus priscis temporibus, rapto viventibus, a bubus aratoribus et omni instrumento agriculturæ abstinere. ii. 210.

MOSES, Christus, et Spiritus Sanctus, successive Dei personam gerebant. ii. 132. iii. 125.
ille et Abrahamus quid prophetiis suis prætendebant. iii. 62:—quando a Mosis spiritu sustulit Deus, et septuaginta dedit senioribus, quid intelligendum per spiritum Dei. ibid.
post Mosem prophetæ enthusiasmum prætenderunt nulli. iii. 63.
quod ille dies tantum quadraginta aberat, populus Israeliticus in idololatriam relaberetur. iii 95.
ejus lex *de æquitate*. ii. 204.—exemplum in *sorte dividendo*. ii. 205.
potestatis ejus sub Deo initium. ii. 278-9.
illi debebatur a populo Israelitico obedientia absoluta iii. 155.
Israelitis jussit, ut leges Deuteronomii postibus et januis inscriberent, qua causa. ii. 201.—in montem Sinai ad Deum ascendit solus. iii. 208.
liber Pentateuchi non videtur Mosem habuisse scriptorem. iii. 271 [illegible] liber Moses scripsit [illegible] iii. 272, 379 [illegible]
[illegible]
[illegible] Deus [illegible] iii. 304 [illegible] Moses [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
geles. ibid.:—id est, per visionem, sed

tros Evangelii applicari non potuit. iii. 395.
ejus spiritus, quando Deus partem ejus *Septuaginta Viris* dedit, debilitatus non fuit. iii. 421:—sed quod Deus authoritatem illorum ab authoritate Mosis derivatam esse ostenderet. ibid.
illi creditum est propter *miracula et fidem*. ii. 359:—ei non creditum fuisset, si ad alium cultum quam ad cultum Dei Abrahami evocasset. ii. 360.
non Aaron, sed Moses regnum sub Deo habuit. ii. 364:—quare imperio proprio morte multavit neminem. ii. 366.
ejus regimen pro-regium fuit. ii. 376.
leges omnes Mosaicæ non sunt leges Dei. iii. 346.
quali ritu Tabernacula, Altare, et Utensilia consecravit. iii. 463.
aliquo modo personam gessit Dei. iii. 563.

MOTUS—diurni telluris hypothesis excogitata primo a veteribus. i. epis. dedic. Com. Devon.:—naturam motus, physicæ universæ portam primam, aperuit nobis Galilæus. ibid.:—ille sanguinis Harvæo detectus et demonstratus. ibid.
motus universalium omnium causa. i. 62:—ex varietate motuum oritur varietas figurarum omnium. ibid.
causam aliam præter aliam motum habere intelligi non potest. i. 62, 389.
varietates rerum sensu perceptarum, et [illegible] causam aliam præter motum habent nullam. i. 62, 317, 321:—motus [illegible] qualis sit, sine ratiocinatione [illegible] non potest. i. 62.
[illegible] in motu consi[illegible] quare mensuratione opus est. i. 62.
motus est loci unius privatio et alterius

non intelligitur. i. 97, 176:—*motum fuisse, motum fore*, et *quiescere*, quid sint. i. 98, 176:—in omni motu concipi necessario præteritum et futurum. ibid. ibid.
quicquid movetur, motum est. i. 98:—et motum erit adhuc. i. 98, 400:—non est in uno loco per ullum tempus quantumvis exiguum. i. 98.
sophisma quoddam contra motum. i. 98:—unde nascitur, et in quo peccat. ibid.
motus plures temporibus æqualibus absolvi dicuntur, quando. i. 101.
uniformis, quis. i. 101, 180:—pluriformis, quis. i. 181:—uniformiter acceleratus vel retardatus, quis. i. 101.
motus totius corporis, est æqualis duobus motibus dimidiorum ejus. i. 101-2:—aliud est, motus duos æquales esse inter se, aliud æque veloces. i. 102, 177.
mutationem in motu solo consistere, argumentum magnum. i. 109, 111, 264, 317, 408.
causa motus non est in corpore nisi contiguo et moto. i. 110, 272, 280, 318, 339, 354, 408, 414, 427. iii. 7.
neque quiescentia, neque, interposito vacuo, ulla corpora motum in alio corpore generare aut extinguere posse. i. 111.
omne motum eadem via et velocitate semper processurum, nisi ab alio *contiguo* et *moto* corpore impediatur. i. 111, 177:—nisi ab alio *externo* corpore impediatur. i. 281, 417:—nisi ab alio corpore impediatur. iii. 7, 8.
qui scripsit quieta motis magis resistere quam ex adverso mota, quo deceptus fuit. i. 111.
theoremata quædam de natura motus. i. 179.
motus solus motum quiescentibus dat, et motis adimit. i. 180.
motus diversæ considerationes. i. 180-1.
perpendicularis, obliquus, parallelus. i. 181.
motus, a positione moventis respectu moti, *pulsio, tractio, trusio, vectio, percussio* dicitur. i. 181.
simplex et compositus, quid. i. 181, 258, 267.
quo movens majorem habet vel velocitatem vel magnitudinem, eo majoris efficaciæ est in corpus in quod impingit. i. 183:—in omni motu, longitudines percursæ sunt inter se ut facta ex impetu in tempus. i. 185-91:—in motu habent locum omnes analogismorum proprietates et metamorphoses in cap. xiii. demonstratæ. i. 186:—in motu uniformiter accelerato, longitudines percursæ sunt in ratione temporum duplicata. i. 188:—et longitudo percursa est ad longitudinem eodem tempore sed impetu uniformi percursam, qua ratione. ibid.:—in motu ita accelerato, ut impetus continuo crescant in ratione temporum duplicata, longitudines percursæ sunt in ratione temporum triplicata. i. 190:—si duo mobilia motu uniformi percurrant duas longitudines, erunt longitudines percursæ in ratione composita ex rationibus temporis ad tempus et impetus ad impetum directe sumptis. i. 192-3:—item, erunt tempora inter se in ratione composita ex rationibus longitudinis ad longitudinem et impetus ad impetum reciproce sumptis. i. 193-4:—item, erunt impetus inter se in ratione composita ex rationibus longitudinis ad longitudinem et temporis ad tempus reciproce sumptis. i. 194:—si mobile feratur duobus simul moventibus uniformiter, quæ in quolibet angulo concurrunt, erit linea quæ percurritur recta subtendens angulum complementi ad duos rectos. i. 195:—et si duorum moventium alterum movet uniformiter, alterum accelerate, invenire lineam quam describit mobile, modo ratio longitudinum percursarum ad tempora in quibus percurruntur, numeris explicari possit. i. 196-207.
motus *circularis simplex*, quid. i. 258. iv. 226:—in illo quælibet recta linea in motu sumpta ita fertur ut vestigiis suis semper sit parallela. i. 258-9:—in motu quolibet simpliciter, idem continget. i. 259.
si motus circularis sit circa centrum manens, et in circulo sit epicyclus qui revolvitur in partes contrarias, ita ut aqualibus temporibus æquales fiant anguli, quælibet recta sumpta in epicyclo ita feretur ut vestigiis suis semper sit parallela. i. 260:—motus illi duo quos ascribit telluri Copernicus, recidunt ambo ad hunc unum motum *circularem simplicem*. i. 261. iv. 227:—motuum circularium idem frequentissimus. i. 261:—est omnis rei causa naturalis. iv. 228.
motus simplicis proprietates. i. 261-7.
corpus motu simplice latum in medio fluido et pleno, quid facit. i. 261:—ubi motum locum suum perpetuo repetit, quam rationem habet motus simplicis vis partes obstantium corporum dissipandi. i. 262:—si liquidum motu circulari simplici moveatur, puncta quælibet in eo sumpta describent circulos suos in temporibus quæ sunt in ratione distantiarum a centro. ibid.
motus simplex dissipat heterogenea, congregat homogenea. i. 263, 415:—vocatur *fermentatio*. i. 264, 366:—heterogenea motum ab externo communem dissimiliter patiuntur. i. 264.

si circulus moto motu simplice movente descriptus, circulo quem describit punctum ab ipso circumactum esset commensurabilis, redirent aliquando utriusque circuli puncta ad eundem situm. i. 265:—si sphæra motum simplicem habeat, motus ejus magis dissipabit heterogenea quanto remotior est a polis. i. 265-6:—motus ille in planis axi perpendicularibus, nihil agit. i. 267:—si corpus non liquidum motui liquidi circulari simplici obstat, fiet motus expansionis per superficiem. ibid.:—motus circularis circa centrum manens imposita circumferentiæ nec adhærentia projicit per tangentem. ibid.
motus circularis compositus, quid. i. 267. circularis, circa axem immotum, excutit longius a centro quicquid superficiei contiguum ipsi non adhæret. i. 268.
circulari simplice mota, motum generant eundem. i. 268.
motus non erit perfecte circularis, si id quod ita motum est habeat alteram partem duram, alteram fluidam. i. 270.
duo genera mediorum, in quibus sit motus. i. 272:—propagatio ejus a corpore in corpus, quid. ibid.:—motus a comprimentibus, quis. ibid.:—motus est aliquando in oppositum moventi. i. 276.
motus in medio pleno propagatur ad distantiam quamlibet. i. 278:—et id in instante. i. 319:—motus in corpore continuo propagatur in infinitum. i. 405.
quæcunque pressa aut tensa se restituunt, motum habent in partibus internis. i. 280:—motus restitutionis, quis. ibid.
motus incipere non potest in partibus corporis internis. i. 283.
quoties plures dicantur motus, toties plura quoque tempora. i. 321.
[redacted]
circularis qui *conversio* dicitur, qualis. i. 350:—nullum ad alia corpora conatum propagat, quare. ibid.:—quæ a re mota simplice mota moventur, omnia moveantur eadem velocitate. i. 262, 357.
motus omnis in materiam omnem habet effectum aliquem. i. 370:—motus medii ex quo creatur sonus, non conatus, sicut in visione, sed percussio est. i. 396.
motus propagatur, noctu silenti, per terræ pedibus percussæ partes summas. i. 405.
terræ motus *circularis simplex*, causa descensus gravium. i. 417. iv. 262.
motus reciprocus magnetis propagatus per aerem usque ad ferrum, et exterminatio inde aeris, causa virtutis magneticæ. i. 428.
motus intestinorum peristalticus. ii. 2.
de perceptione motus. ii. 13-14:—sentitur tum solum cum sentimus converti axem opticum. ii. 15:—si oculus et objectum communem motum habeant, motus objecti non sentietur. ii. 16:—si motus objecti ex pluribus motibus sit compositus, quorum unus vel plures oculo sint cum illo communes, illi motus soli qui non sunt communes, sensu percipientur. ibid.
motuum consequentiæ non sunt cognoscendæ sine geometria. ii. 93.
motus nihil generat præter motum. iii. 6.
corpus motum, ni motus ejus ab alio extinguatur, semper promotum erit. iii. 7:—motus non in instante, sed in tempore et gradatim extinguitur. iii. 8.
motus a cerebro ad alias partes corporis internas, et ab illis ad cerebrum, reciprocus est. iii. 11. i. 327:—motus qui alii aliis succedunt in sensione, remanent simul etiam in imaginatione. iii. 15:—mo-
[redacted]

titatum, rationes demonstrare mathematici est. iv. 20.
doctrina de motu, paucissimis cognita. iv. 84:—per eum transigit natura omnia quæ sunt non modo physicæ, sed etiam mathematicæ contemplationis. ibid.:—motus cognitio, geometriæ pars nobilissima, hactenus intacta. iv. 236:—nisi quod Hobbius aliquatenus præivit. ibid.
nihil potest motum sibi aut impertiri aut diminuere. iv. 246, 305, 309:—causa omnis motus consistit in actione aliqua in corpus movendum. iv. 248.
motus partium in corpore quod conatur ad sui restitutionem, qualis est. iv. 248, 335:—motum restitutionis particularum quæ constituunt naturam chalybeam, vel laneam, vel aeream, efficiunt particulæ adhuc minores per motum suum naturalem reditionis in se, cujus principium est nullum. iv. 249.
motus *circularis simplex* generatus a motu circulari simplice. iv. 251, 262:—initium in sole habet. iv. 262.
derivatio motus ab objecto ad oculum, vacuo intercipietur. iv. 258.
motus ille vehementissimus, quo distenduntur et rumpuntur inclusæ vesicæ, idem inclusa in recipiente animalia occidit. iv. 259.
is qui motibus quibusdam possibilibus suppositis, illis usus demonstrandi principiis propositi phænomeni necessitatem recte induxerit, tantum fecit quantum ab humana ratione expectari debet. iv. 299, 300:—probabile est quod motus aliquis telluri insit, quo aerem facilius a se rejicit quam cætera corpora. iv. 305:—idem ex quo manifestum est. iv. 306.
cribrationis motus. iv. 306, 309.
motus telluris aerem semper projiciens, mundo supposito pleno, hoc tantum efficit, ut partes aeris inter se omnes loca mutent. iv. 307.
poli motus circularis simplicis in terra, iidem sunt cum polis Eclipticæ. iv. 309:—in sole et luna, iidem cum polis circuli æquinoctialis. iv. 314.
quare terra motu circulari simplici facilius aerem rejicit, quam alia corpora. iv. 311:—motus ille quare velocior fit in Noviluniis et Pleniluniis quam in quadrantibus. iv. 314:—motus ille in sole, causa est motus terræ diurni. iv. 315:—ut motu illo fiat lux, quid requiritur. iv. 329:—motus ille, cum non est circa centrum partis, sed motus ipsius centri, non est semper perfecte circularis. iv. 333:—ejus effectus procedit non a circulatione, sed a reciprocatione in linea quacunque. ibid.:—motus ille terræ et solis magnum conatum efficit a zona torrida utrinque versus polos. iv. 347.
motus perpendicularis et motus obliqui, quæ est inter se ratio. iv. 351.
motuum in terra et magnete consensus, unde oritur. iv. 358.
motus mensura est linea. iv. 119.
in doctrina de motu rerum omnium naturalium continentur causæ. v. 147, 158, 206.
definitiones utilissimæ sunt illæ in quibus explicata est rei subjectæ generatio, id est quo motu, quo motuum concursu, quibus motuum et temporum rationibus spatia quæque et magnitudines determinantur. v. 204.
fallaciarum causa, ignorare quid sit motus et proprietates ejus. v. 206.
argumentum Zenonis contra motum, quod appellatur *Achilles*. i. 56–7. v. 207–8.
MULTIPLICATIO—in omni multiplicatione, ut numerus productus ad numerum multiplicandum, ita multiplicans ad unitatem. iv. 133, 138.
MULTITUDO—ferit et lapides in amicos jacit. iii. 60:—illos per quos defensa ab injuriis fuerat, interficit. ibid.
actiones ejus sæpe accipiuntur pro actione populi. iii. 82:—multitudinis unusquisque author est eorum quæ facit actor ipsos repræsentans. iii. 125.
multitudo, quæ securitatis suæ spem præstare potest, determinatur quo. iii. 128:—sit quantacunque, sine potentia communi nulla inde expectanda sibi securitas. ibid.:—quomodo fit una persona, et civitas vocatur. iii. 131. ii. 217, n.
illi extra civitatem non potest attribui jus aliquod. ii. 216:—neque actio aliqua, in quam non sigillatim consenserunt. ii. 218.
non est *unum* aliquod, sed plures homines. ii. 217:—nec habet unam voluntatem. ibid.:—a cognitione differentiæ inter multitudinem quæ regit et eam quæ regitur, dependet doctrina de civitatis in cives potestate. ii. 217, n.:—multitudo non potest promittere, pacisci, jus acquirere etc., nisi sigillatim. ibid.
significat et res *plures* et rem *unam*, scilicet, unam multitudinem. ii. 217, n.
non est persona naturalis. ii. 217, n.:—per multitudinem, quoties ipsa aliquid facere dicitur, intelligitur civitas. ibid.:—quod multitudine fieri dicitur sine voluntate summam habentis potestatem, id fit a multis simul civibus singularibus. ibid.:—in multitudine nondum in unam personam coalita manet naturæ status. ii. 218:—nec locum habet dominium nec proprietas. ibid.

eam punire difficile, nec civitati semper expedit. iii. 214.
decernere aliquid dicitur, quando. ii. 396.
ii qui loquuntur in ejus præsentia, omnibus tacentibus, quid habent a natura multitudinis. ii. 123.
MUNDUS—de eo, ut uno aggregato, determinari possunt nulla. i. 335:—quæri possunt, quæ. ibid.:—sive finitus sive infinitus statuatur, absurdi nihil sequitur. i. 336:—quæstiones de magnitudine et origine mundi, a quibus determinandæ.ibid.:—ii qui mundi originem aliquam fuisse rationibus suis demonstrant, non laudandi quare. ibid.:—ejusdem demonstratio quædam. ibid.:—eadem in quo peccat. i. 337.
ex quibus consistere supponendus. i. 347.
mundi, juxta illos qui eum definito tempore incepisse existimant, origo. ii. 1-2.
eum æternum esse dicere, non est honorantis Deum quantum potest. iii. 259.
ejus creatio, et diluvium universale, opera mirabilissima, quare miracula appellari non solent. iii. 314.
mundus venturus, quid sit. iii. 334:—mundorum in Scripturis mentio trium, *veteris*, *præsentis*, et *venturi*. ibid.:—*vetus*, ab Adamo ad diluvium. ibid.:—post hunc mundum, mundus futurus ille est, in quo terra nova et cœli erunt novi. iii. 351.
secundum Symbolum Nicenum, mundus ex nihilo factus est. iii. 513:—conflagrabit, non tamen annihilabitur. ibid.
finitus est. iv. 323:—totum illud spatium extra mundum, infinitum, oportet esse vacuum. ibid.
μύωπες—vel lusciosi, qui. ii. 13, 78:—causa et remedium. ibid.
MUSÆ—dii ethnici. iii. 90.
[redacted]

id autem nisi initis pactis fieri non potest. ii. 148:—a statu naturæ quomodo homines liberari potuerunt. iii. 102:—in statu naturæ qui manendum censuerit, contradicit sibimet ipsi. ii. 166:—e tali statu mutuo metu exeundum. ibid.:—in eo, potentia jus confert regendi et imperandi eos qui resistere non possunt. ii. 167:—in eo, conservatio sui diuturna expectari non potest. ibid.
in statu naturæ, si pactum fiat de interficiendo ni fecerit, qua causa jus resistendi redit. ii. 178.
status naturæ ad statum civilem, id est libertas ad subjectionem, eam habet proportionem quam cupiditas ad rationem, vel bellua ad hominem. ii. 248.
naturæ leges. iii. 103, 120. ii. 170, 181-193:—de legis naturalis definitione non consentiunt authores. ii. 168.
dedit unicuique *jus in omnia*. ii. 164, 319, 334. iii. 256:—dedit omnia omnibus. ii. 165, 271, 319, 334. iii. 256.
dictat, quærendam esse pacem. ii. 167. iii. 103.
comparatio naturæ status cum statu civili. ii. 264.
in statu naturæ, omnis puerpera et mater fit et domina. ii. 256:—cujus patris filius est, sciri non potest nisi indicio matris. ibid.
naturæ humanæ facultatum genera quatuor. ii. 157.
natura, illa qua mundum Deus condidit et gubernat divina ars. iii. 1:—quatenus eandem imitatur ars humana. ibid.
homines ad veritatem illam aliquando natura ipsa urget, in quam offendunt sæpe ultra naturam docti. iii. 40-1.
natura legibus fortior est. iii. 74.
[redacted]

NAVIS—quomodo progreditur aliquando quasi a vento non impulsa, sed attracta. iv. 345:—lateraliter quare tarde it. iv. 346:—lateralis progressionis causæ duæ. ibid.:—quomodo exiguo gubernaculo navis maxima a cursu suo deflectatur. iv. 347:—quare navigiorum quorundam in Tamesi gubernacula latiora multo sunt quam ea maximarum navium. ibid.

NEBULO—multis simul federatis nebulonibus quis non credat homo malarum artium imperitus. iii. 320.

NECESSITAS—et libertas, quomodo simul consistere possunt. iii. 160.

NEGOTIA—*bonum*, quia vitæ motus. ii. 100. publica qui amant, quid quærunt. i. epist. ad lec.

NEHEMIAH—liber ejus post Captivitatem scriptus. iii. 273.

NERO—facta ejus, non sunt monarchiæ essentialia. ii. 270:—illo et Caligula regnante, conspicui soli immerito patiuntur. ibid.

NERVI—quæ in iis continetur materia, tenuissimus spiritus est. iv. 285.

NESTORIUS—hæresis ejus, negantis divinitatem Christi. iii. 544:—damnata in Concilio Ephesino. ibid.

NICENUM—theologi qui symboli Niceni expositiones ediderunt, utuntur omnes fere definitionibus desumptis ex logica et metaphysica Aristotelis. iii. 536:—quomodo fit, ut verba illa artis quibus in explicationibus usi sunt, in ipsum Symbolum non intulerunt. ibid.
symbolum Nicenum in liturgia Anglicana publicatum, quare non erat legis de hæresi sufficiens promulgatio. iii. 556.

NICERONUS—R. P. exemplum tabulæ inversæ perspectivæ exhibuit. ii. 39.

NIGER—materia nigra quam alba, cur facilius accenditur. i. 378:—nigredo est lucis privatio. ibid.
nigrum, tenebris simile est. iv. 282:—superficies corporis nigri, qualis esse debet. ibid.:—*nigrum* non tam videtur, quam a circumstante visibili distinguitur. ibid.

NIHIL—hujusmodi residua, *minus quam nihil*, doctrinæ causa fingit sibi animus. i. 16.

NILUS—inundatio ejus, unde oritur. iv. 342-3:—nix liquescens cur non inundat bis in anno, quoties sol est in Æquatore. iv. 343.

NIX—nivis flocci, quo propius acceditur ad polos, eo majores sunt. iv. 310:—id signum est cujus. ibid.
in altissimis montibus cur tam sæpe ningit, tam raro pluit. iv. 342.
nivis quæ causa est. iv. 347.

NOAH—illi postquam exisset ex arca, quid promisit Deus. iii. 458:—in ejus tempore qui vixerunt homines, in Scripturis *Gigantes* dicti. iii. 327.

NOBILITAS—est potentia. iii. 69:—antiqua, quare ingenium facit come. ii. 113-14:—nobilitatis novæ ingenium magis suspicax. ii. 114:—*nobilitas gentis*, ab antiquis Germanis derivata. iii. 74:—antiquissima quæ nunc est, unde orta. iii. 75:—quare gestant aut animalia rapina et fortitudine nota, aut castra, tela etc. ibid.

NOMEN—nomini adjici adimique potest. i. 4:—sine nominibus numeralibus, numerorum meminisse nemo potest. i. 12. iii. 25:—eorundem ope, quid potest homo. ii. 90:—nominum usus nusquam ita manifestus ut in numeris. iii. 25:—absque illorum usu, numerorum computatio impossibilis. iii. 26.
numeralia quamobrem in omni fere gente non excederent denarium. iii. 25.
nomina, quæ sunt. i. 13:—disputatio an nomina significent *materiam*, an *formam*, an *compositum*, errantium est. i. 15:—utramque rem præstant, ut recordari et demonstrare cogitationes nostras valeamus. i. 13:—notarum priusquam signorum officio funguntur. ibid.:—homini, etsi unicus in mundo existeret in mundo, inservirent ad memoriam. ibid.:—per se singula notæ sunt, signa vero non sunt. ibid.:—ejus natura, in quo consistit. ibid.
nominis definitio. i. 14.
nomina ab arbitrio hominis orta sunt. i. 14, 50. ii. 89:—sua sibimetipsis præbuisse naturas rerum, non verum. i. 14, 50:—idem puerile. ii. 90.
quædam animalium aliarumque rerum parentes nostros primos docuit Deus. i. 14. ii. 89:—et arbitrio suo posuit. i. 14:—eadem arbitrio suo imposuit primus homo. ii. 89.
illa quæ parentes nostros primos docuit Deus, quomodo in desuetudinem et oblivionem abierunt. i. 14. ii. 89. iii. 21, 22:—alia in eorum locum, arbitrio hominum inventa, successerunt. i. 14. iii. 22.
potestas semper, etiam necessitas quandoque, philosophis fuit atque erit nomina quæ voluerint adhibendi. i. 14.
nomina signa sunt non rerum, sed cogitationum. i. 15:—omne alicujus rei nomen esse, necessarium non est. ibid.:—nomina quarum rerum sint. ibid.:—imagines rerum quæ occurrunt somniantibus, non minus quam res ipsas nominibus notari et significari oportet. ibid.
vox *futurum*, nomen est. i. 15:—et quid significat. ibid.:—nomen *impossibile*, quid est. ibid.:—vox *nihil*, nomen est. ibid.:—et id non inutile. ibid.

omne ad aliquod *nominatum* relationem habet. i. 16:—etsi nominatum non res sit existens in rerum natura, licet tamen doctrinæ causa pro nominato rem dicere. ibid.

nomina *positiva* et *negativa*. i. 16. iii. 29:—*negativa* fiunt quomodo. i. 16:—positiva negativis priora, quare. ibid:—negativis quid significamus. ibid.

nomina *contradictoria*. i. 17:—contradictoriorum, alterum cujuslibet rei nomen est. ibid.

nomen *commune*. i. 17. iii. 24:—idem quare vocatur *universale*. ibid. ibid.:—universale, alicujus semper vocis sive nominis nomen est. i. 17-18. iii. 24:—conceptus in animo *universalibus* respondentes, sunt singularium rerum imagines. i. 18:—ad vim universalis intelligendam, qua facultate opus est. ibid.

nomina *magis* et *minus* communia. i. 18. nomen *magis* respectu *minus* communis, est *genus*. ibid.:—hoc illius *species* vocatur. ibid.:—nomina *genus* et *species* non recte ponuntur pro rebus. i. 19.

nomina *primæ et secundæ intentionis*. i. 18.—quare ita dicta sunt. ibid.

nomen *universale*, *particulare*, *individuum*, *indefinitum*. i. 19:—determinatæ, indeterminatæ, et indefinitæ significationis. ibid.:—nomen determinatæ significationis quod habet adjectum nomen *omne*, vocatur *universale*, quare. ibid.:—idem est significationis certæ, quare. ibid.:—nomen particulare et nomen indefinitum, incertæ sunt significationis, quare. ibid.:—pro æquivalentibus censeri debent. ib.

nomen *univocum* et *æquivocum*. i. 20:—distinctio illa non est ipsorum verborum, sed iis utentium. ibid.

[redacted]

quid appellatur propositionis nomen prius, et nomen posterius quid. i. 26:—quid excitant in animo nomina duo propositionis. i. 28.

nominum causæ quæruntur in rebus, quomodo. i. 28:—sunt eædem quæ nostrorum conceptuum. i. 29:—plerumque vocantur accidentia. ibid.

distinctio in *concreta* et *abstracta*, unde nascitur. i. 28:—abstracta, quæ dici solent. i. 29:—et quid denotant. ibid.

nominum abstractorum usus et abusus. i. 29:—inter abstracta et concreta, quid interest. ibid.

nisi nomen rei de qua quæritur prius intelligatur, nihil probari potest. i. 33.

nomina non a rerum speciebus, sed a voluntate hominum constituta sunt. i. 50.

incohærentiæ nominum septem modi in quibus propositio semper falsa est. i. 51:—nomina septem modis copulata non cohærent, et constituunt propositionem falsam. i. 51-2.

rerum nominatarum genera quatuor. i. 51.

abstractum cum concreto copulatum, propositionem falsam facit. i. 52:—nomen nullum accidentis corpori vel corporis accidenti tribuatur. ibid.:—phantasmatum nomina cum nominibus corporum copulari in veram propositionem non possunt. i. 53.

quæ falsitates nominum copulatorum e definitionibus detegendæ sunt. i. 54.

nomina rerum quarum causa aliqua intelligi potest, satis definiuntur quomodo. i. 71-2:—nomina ista in definitione habere debent causam ipsam sive modum generationis. i. 72.

in philosophia, definitiones sunt priores nominibus definitis. i. 75:—nomina defi-

[redacted]

nomen *materia prima*, quid significet. i. 105.
quo nomine dicatur res quæque, quando de identitate ejus quæritur. i. 122.
Adamum nomina varietati omni figurarum, relationum etc., vel nominibus et orationibus, vel verba scholastica insignificantia imposuisse, ex Scripturis Sacris colligi non potest. iii. 22.
nominum usus primus, est pro notis ad memoriam. iii. 22 :—propter quem usum vocantur *signa*. iii. 23:—*universale* pluribus rebus impositum est, propter quod. iii. 24:—horum, alia amplioris, alia strictioris significationis. ibid.:—alia æqualis amplitudinis. ibid. :—per impositionem istiusmodi nominum, quid efficimus. ib.
nominum duorum conjunctione, affirmatio fit vera sive falsa, quando. iii. 26.
Latini *nomen* vocant, quod nos *item*. iii. 28.
nomina ad quatuor capita generalia reduci possunt, significantia *materiam* sive *corpus*, *accidens* vel *qualitatem*, *proprietates* quibus ipsi res distinguimus, et *nomina nominum* et *sermonum*. iii. 28-9.
nominum sine significatione, duo genera: alterum nova, nec tamen definitione explicata, a laborantibus philosophis et scholasticis excogitata; alterum, a duobus nominibus composita, quorum significationes sunt inconsistentes, ut *corpus incorporeum*, *substantia incorporea*. iii. 30.
nomina rerum quæ placent, quare inconstantis significationis sunt. iii. 30-1 :—plerumque sunt virtutum et vitiorum nomina. iii. 31.
nominum usus, in omni lingua, ex constituto oritur. ii. 345:—ex constituto poterit mutari. ibid.:—ea quæ ex constituto obtinuerunt Deo attribui, ex constituto cessare possunt. ibid.
nomina quædam sunt rerum inconceptibilium. ii. 419.
nomina ab initio pauca, et rerum maxime familiarium. ii. 89.
nominum impositio vulgi est. iv. 47.
Nosco—præceptum *nosce teipsum*, quo sensu intelligendum. iii. Dedic.
Nota—ejus definitio. i. 12.
notæ ut recordari, signa ut demonstrare cogitationes nostras valeamus necessaria sunt. i. 13. iii. 22-3 :—inter *notationem* et *significationem* quid interest. iii. 32-3.
Novum—nova jucunda. ii. 101 :—quæ nova offendunt, eadem sæpius iterata amare se cogunt. ii. 112.
Nox—in nocte serena, illuni, frigida, plures apparent stellæ fixæ, quare. i. 330.
Nubes—densa, signum consequuturæ pluviæ. i. 12.
nubes fiunt quali fermentatione. i. 336. iv. 341:—congelari possunt, qua causa. i. 385:—quid est quod eas congelatas frangit. iv. 349:—unde fit, ut nubes glaciatæ, semel elevatæ, post decidant. i. 392 : — speculorum officium præstare possunt. i. 393.
earum motus quomodo ventos generat. iv. 343.
eas gravitate sua descendere, certissimum est. ibid. :—aerem ante se usque ad superficiem terræ propellunt. iv. 344.
eas congelari primus supposuit Cartesius. iv. 351:—et inde contingere, ut plures imagines solis in oculum reflecterent. ibid.
Numa—Pompilius, religionis ceremonias nymphæ Egeriæ imputavit. iii. 92.
Numerus—absque numerorum, mensurarum, et exemplarium adjumento, quicquid homo apud animum suum ratiocinando collectum habuerit, statim elabitur. i. 12.
quid sit. i. 85:—quomodo exponitur. i. 125:—vocatur quantitas discreta, unde. ibid.
quantum prodest hominibus numeratio. ii. 90:—eadem a sermone proficiscitur. ib.
numerus ad numerum irrationalis esse non potest. iv. 11:—surdus, quid. ibid.: —numerus nullus surdus est. iv. 13:—numerus non *frangitur*, sed res in rerum numerum. iv. 11.
absolute dictus, quid. iv. 18.
ratio numeri ad numerum, quid. iv. 21: —quomodo numerus abstrahit ab inæqualitate partium. ibid.
quo sensu numerum singularem dicunt Grammatici. iv. 35.
nullum seu nullitas idem respectu numerorum obtinet, quod punctum respectu magnitudinis. iv. 47.
numeri et unitatis definitio. iv. 50.
fractus, ut intelligitur Wallisio, est numerus proprie dictus. iv. 50.
numeratio ab initio per quamlibet aliam proportionem, si ita libuisset primis inventoribus, fieri potuit. iv. 52.
quadratorum radices rite extractas esse demonstrari non potest, nisi per quam propositionem Euclidis. iv. 95.
inter numeros ratio nulla quæ non exponi potest lineis. iv. 96.
numerorum radicum calculus geometricus, non arithmeticus est. iv. 96.
numeri inter se incommensurabiles esse non possunt. iv. 146:—ad lineas reduci possunt. iv. 150.
numeri homogenei et heterogenei, qui. iv. 170.
est omnium rerum communis. 170.
pro radice numeri suppositum figuræ

Olfactio—organum ejus primum. i. 408:—ejus generatio. ibid.
non fit effluvium neque atomorum neque substantiæ ætheriæ. i. 409:—a calore et vento adjuvatur, quomodo. i. 410.
Oligarchia—eam non esse statum civitatis diversum ab aristocratia, neque anarchiam esse statum omnino. ii. 236.
Omnipotentes—si duo essent, neuter neutri obedire obligaretur. ii. 336, n.
ὁμοχογήματα—qui putant illa leges esse, confundunt legem cum pacto. ii. 313.
Opem—poscere, est honorare. iii. 70.
Opera—alicujus uti in rebus arduis, honorare est. iii. 71.
Opes—quomodo comparandæ et conservandæ. ii. 292.
Opinio—difficile est opiniones inveteratas, et eloquentissimorum scriptorum authoritate confirmatas, mentibus hominum excutere. i. 2.
quid est. iii. 51:—alterna opinio. ibid.:—ultima. ibid.
quales sub nomine conscientiæ sustinentur. iii. 52.
opiniones circa insaniæ causam, tum veterum tum recentiorum, duæ, iii. 61.
in opinionibus consentire, honorantis est. iii. 71.
opiniones non imperando sed docendo, non terrore pœnarum sed perspicuitate rationum, animis inseruntur. ii. 302.
opinari, credere, dubitare, quid. ii. 418, 420.
Optica—et musica, species Physicæ. iii. 67.
quid est. iv. 29.
Oratio—quid. i. 13.
orationum species diversæ. i. 26:—orationes quid significant. ibid.: —oratio omnino absurda et insignificans. ibid.
est verborum etiam incohærentium con- [redacted]

philosophorum errantium, vel scholasticorum fallentium. iii. 20.
in cœtu orationum multitudo et varietas auditores stupere potius quam intelligere faciunt. iii. 195.
non est ponenda inter quantitates. iv. 19.
eam tractat musica quomodo. ibid.
Orbis—magnus, quis. i. 363.
Organa—omnium sensuum communia, ab unius alicujus objecti sensione vehementi commota, quid fiunt. i. 322.
ὁρμή—et *ἀφορμή*, apud Græcos *appetitum* et *fugam* significant. iii. 40.
Ostracismus — Athenienses ostracismis exsulabant potentes sine crimine, propter potentiam solam. ii. 270. iii. 162.
Otium—torquet. ii. 100:—sine hominum otio abundantium longo et vehemente studio neque geometria neque physica expectari potest. v. 91.
Oughtredus—iv. 113, 129.—multa pulchriora quam quæ sunt in ejus *Clave Mathematica*, in libro vii Pappi extant, inventa per algebram. iv. 4.
Owenus—Vice-Cancellarius Oxonii, protestatio ejus contra doctrinam Hobbii, quæcunque ea sit, recipiendam. iv. 274.
οὐσία—vox Græca, nusquam in Scripturis nisi pro divitiis invenitur. iii. 498.

Pactum—ea quibus corpus politicum conglutinatur, divinum verbum "*faciamus hominem*" imitantur. iii. dedic.
quid est. ii. 173. iii. 105.
causa quæ impedire non potuit quin pactum feceris, eadem impedire non debet quin præstes. iii. 107. ii. 174, n.
pacisci cum brutis, neminem posse. ii. [redacted]

fecero occisuro non resistam, in quo differunt. iii. 109. ii. 177:—secundo modo pacisci quemquam nunquam opus fuit. ii. 177.
in pactis, transit jus per verba de futuro. ii. 173. iii. 106.
de seipsum accusando, invalidum est. ii. 178. iii. 109, 165:—de accusando alios quosdam, quales sunt pater, uxor etc., item. ii. 178. iii. 109.
ad pactorum præstationem constringendo auxilia quæ sunt. iii. 110:—ad ea firmanda, quare *per Deum* homines jurarent. iii. 130. ii. 100:—juramentum, quale. ib. ib.
præstanda esse pacta, lex naturæ *secunda*. ii. 181:—*tertia*. iii. 111, 114.
pacta mutuæ fidei, in statu naturæ frustra et invalida sunt. ii. 174. iii. 107, 112:—in civitate, non item. ii. 174. iii. 107.
ultra summum conatum non obligat. ii. 175. iii. 108.
quibus modis a pactis liberemur. ii. 176. iii. 108:—obligant universaliter, quando acceptum est bonum, et promissum licitum est. ii. 176. iii. 151.
pactorum vinculum, sola fides. ii. 177.
unde apparet pactis de non resistendo non satis obligatos videri illos qui ad supplicium ducuntur. ii. 177. iii. 109.
pactum nudum non minus obligare, quam in quod juravimus. ii. 179.
qui pacta fallere rationis esse putat, e societate ejectus peribit. iii. 113-14:—argumento, quod pactorum violatio ad felicitatem vitæ æternæ conducere potest, et propterea justa est, responsio. iii. 114:—eorum observationem et obedientiam regibus Scriptura Sacra passim præcipit. ibid.:—non observanda esse cum hæreticis, opinio iniqua. ibid.
nemo obligatur pacto, cujus ipse non sit author. iii. 124.
pactum quo constituitur civitas, nihil aliud est quam pactum de jure suo resistendi discedendo. ii. 215:—pactum illud quibus verbis fit. ii. 234. iii. 131, 164:—ejusdem intentio pax est et defensio. iii. 164.
pacta sola, vel verbis vel scripto, non sufficiunt ad securitatem. ii. 219.
violatum quale est *injuria*. ii. 229.
pactis illicitis nihil addit validitatis, quod facta fuerint cum jurejurando aut sacramento. ii. 230.
pactum novum quod cives quidam contumaciæ prætendunt cum Deo initum, injustum est. iii. 133:—manifestum mendacium est, neque injustum tantum, sed vilissimum factum. ibid.
